This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

F
1440
46

HD WIDENER
HW AT3Z

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DISPUTATIO JURIDICA
DE
PISCATIONE

QUAM
PERMISSU atque AUCTORITATE
Magnifici JCtorum Ordinis
In
Celeberrima Rauracorum
UNIVERSITATE
PRÆSIDE
VIRO NOBILISS. AMPLISS. CONSULTISS. ET EXCELLENTISSIMO
DN. JAC. BURCKHARDO,
J. U. D. Cod. Prof. Publ. celeberrimo, nec non
Sereniſſimi & Celſiſſimi Principis Naſſov. Conſiliario meritiſſimo, Patrono ac Præceptore
ſuo ætatem colendo:
Publico placidoq; Eruditorum examini
Loco horisque conſuetis
ſubmittit
MATTHIAS JACOBUS Koleffel/
Ravenſpurgenſis,
AUCTOR ET RESPONDENS.
Ad diem 30 Maji, An. Chr. M. DC. LXXXIV.

BASILEÆ, Typis JACOBI WERENFELS I.

Digitized by Google

417.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
GIFT OF
DANIEL B. FEARING
30 JUNE 1915

F 144?.46

DEO
PATRIÆ
DN. AVO
&
PARENTIBUS
atque
AMICIS.

Digitized by Google

DISPUTATIO JURIDICA
De
PISCATIONE.

I. N. D. N. I. C.

PRÆFATIO.

I*Nter cæteras Iuris materias piſcatio non minùs lucroſa, quàm pulchra & ſubtilis eſt, cùm maximam utilitatem tribuat Regionibus illis, quæ circa mare ſive lacum ſitæ, aut quas flumina interluunt; ut quotidiana nos docet experientia, tanquam rerum omnium mater & magiſtra*, §. quæ omnia, penult. Inſt. de ſatisdat. *Quantum enim emolumenti ex piſcatione ſolùm in mari proveniat ex captura Halecum, indicat Guicciardinus* in Belgio, in deſcriptione Diſſert. de Oceano *ſcribens:* ex illa in Belgio annuos proventus unius millionis & quadringentorum ſeptuaginta millium aureorum æſtimari. *Et Ioh. Reymons, Anglus,* in Obſervationibus de hac captura *tradit:* piſcatores pro venditis Halecibus recipere 3. milliones librarum, quæ conficiunt viginti milliones thalerorum, *ubi legi poteſt. In capturâ aſellorum ac ſalmo-*

num areſactorum & ſale conditorum, idem patet ex eodem Guicc. d.l. *ubi tradit*: ex capturâ illâ quoad priores quingena aureorum millia, quoad poſteriores verò longè majorem ducentis aureorum millibus confici quotannis ſummam: *de quo etiam legi poteſt Mercator in* Atlante ſub Belgio. *Klöck.* de Contribut. c. 1. n. 343. & ſeq. *& Paul. Neukranz* de Harengo, *ut de piſcationis ceterorum emolumento taceam. Quàm acerbiſſimè etiam Magnates de piſcatione inter ſe contendant, imò hujus conſervandæ & tuendæ gratia ad arma veniant, teſtantur exempla, præſertim noſtri ſeculi inter Batavos & Anglos. Quâ de causâ materiam de Piſcatione, Divina priùs invocato præſidio, quo conſequimur bonum initium, melius medium & optimum finem,* gloſſ. in Rubr. Procœmii Inſt. text. in Auth. quemadmod. oport. Epiſc §. 1. verſ. benè autem Dd. in Rubr. ff. de oper. nov. nunciat. *ſtatui, in hac Diſputatione, eâ quâ fieri poteſt brevitate, pertractare.*

THESIS I.

CUm, monente Ulpiano JCto *in l. 1. in princ. ff. de Juſt. & Jure*, in omni quæ de re aliqua ſuſcipitur tractatione, priùs conſtare oporteat de nomine, ſeu de ὀνοματολογίᾳ, hinc ante omnia hîc conſideranda ſe offert Piſcationis 1. *Etymologia.* 2. *Homonymia.* 3. *Synonymia* & 4. *Paronymia.*

II.

Itaque 1. *Etymologiam* quod concernit; vox *piſcationis* aut *piſcatûs* (nam *piſcatura* nomen apud puræ Latinitatis authores non reperiri mihi perſuaſum habeo) quòd à nomine ſubſtantivo *piſcis* deducatur, in confeſſo eſt, de quo infrà *theſi* 11. mihi dicendum erit. Piſces autem quando humanâ induſtriâ atque artificio apprehendere & capere intendimus, *piſcari* vel piſcationem aut

piſc-

piſcatum exercere dicimur. Hinc Plinius: *quos venatus, aucupia, piſcatusq; alebant*: Plautus *in Rudente*: *Piſcatum hamatilem ſaxatilemq; aggredimur*. Idem Plinius *lib. 6. cap. 22.* *Eſſe in piſcatu voluptatem, teſtudinum maximè*. Germanicè vocatur ein Fiſcherey oder Fiſchfang/ Gallicè *la Peſche*, Italicè *la Peſca ô Peſcaria*.

III.

2. *Homonymiam* autem vocis *piſcari*, aut *piſcationis*, quod attinet, ea eſt rarior, niſi metaphoricas locutiones huc applicare quis velit. Hoc modo in aëre piſcari dicitur, qui operam perdit. Unde Plautus *in Aſinar. jubeas una opera me piſcari in aere.* Ita quoque piſcatio pro captura hominum accipitur, aliquando in *bonam partem*, veluti cùm Apoſtoli homines piſcari dicuntur, ut apud Matth. *cap. 4. v. 19.* ubi Chriſtus ait: *Sequimini me & faciam vos piſcatores hominum*, quæ etiam reperiuntur apud Marcum *cap. 1. v. 17.* & Lucam *cap. 5. verſ. 10.* ubi Jeſus ad Simonem ait: *Ne metue, ab hoc tempore vivos capies homines*. Cùm enim Apoſtoli Verbi divini atq; Evangelii prædicatione homines quaſi captos attrahant, ut eos Deo offerant, eodem modo agunt quo piſcatores, qui retibus ſuis piſces capiunt & in poteſtatem ſuam redigunt. Interdum etiam in *malam partem* ſumitur: quo ſenſu piſcatores dicuntur hoſtes, qui homines bello capiunt & ſtudioſè inquirunt, ut eos perdant, haud ſecus ac piſcatores piſces. Hoc modo piſcatores Judæorum dicuntur Chaldæi, quorum operâ Deus ad excidium Judæorum uſus eſt, juxta vaticinium Prophetæ Jeremiæ, *cap. 16. verſ. 16.* *Ecce ego miſſurus ſum piſcatores multos, dictum Jehova, ut piſcentur eos.* Ego in theſibus ſequentibus propriâ vocis ſignificatione utor, & piſcari, aut piſcationem inſtituere, pro animalium aquatilium & rerum aliarum in aqua ſitarum captura, apprehenſione atque occupatione accipio.

IV.

3. Ad *Synonymiam* ſpectat, quòd venari piſces pro piſcari, voce generis pro ſpecie poſitâ, legitur apud Plinium *lib. 10. cap. 1.* quando ait: *fugientes cum mari piſces, circa tuguria venantur*: nec incommodè huc quoque referri poterit dictum Augerii Gis-

lenii *Epiſtolà* 4.*p.m.*301.cùm ſic inquit: *ſed omnium non modò jucundiſſima, ſed etiam fructuoſiſſima erit venatio, quæ ſagena ſive verriculo fit.* Eodem modo per piſcium capturam aut occupationem, piſcationem intelligi poſſe dubium non eſt, Plinius *lib.*16.*cap.*1. *arg.§.fera* 12.*Inſt.de rer.diviſ.junc.l.*3 *ff. de acq.rer. dom.* Similiter, *hamo ſuſpendere piſcem*, legitur, & *piſcibus inſidiari*, pro piſcari, rectè dici notat Buchner *in theſaur.erudit.Scholaſtic.hoc verbo.*

V.

4. Plurima piſcationis occurrunt *Paronyma:* Nam à voce *Piſcis* deſcendit diminutivum *Piſciculus.* Terent. *in Andr.* etiam *puerum inde abiens conveni Chremis, olera & piſciculos minutos ferre obulo in cœnam ſeni.* Varro 3. *de re ruſtic.cap.*5. *è quo rivus pervenit in duas quas dixi piſcinas, ac piſciculi ultro ac citro commeant.* Verbum *Piſcari*, id eſt, piſces capere: *Piſcatus* & *Piſcatio*, piſcandi actus: *Piſcator*, ille qui piſcatur: unde Juvenalis *Sat.*4.*v.*15.

——— ——— *Potuit fortaſſe minoris,*
Piſcator quàm piſcis emi.

Piſcatrix, Plin. *lib.*9.*cap.*42. *Nec minor ſolertia ranæ, quæ in mari piſcatrix vocatur.* *Piſcarius* & *Piſcatorius* adjectiva, id quod ad piſcationem pertinet, ut navis piſcatoria apud Cæſarem 2. *bell.civil.* *Piſcarius* ſubſtantivum, pro eo qui piſces vendit. *Piſcaria*, locus ubi piſces venduntur. Varro: *nullus in piſcaria piſcis erit.* *Piſcoſus*, Mart. *lib.*10. *Illic piſcoſo modò vix educta profundo.* Ovidius 2. *Faſtorum, piſcoſos lapidoſi Cratidis amnes parvus ager:* & *Piſculentus*, pro eo quod piſcibus abundat. Cato, *fluvium magnum, pulchrum, piſculentum:* *Piſcina* loca, in quibus piſces detinentur, ein Behälter: *Piſcinalis*, quod ad piſcinam pertinet, unde apud Palladium, *piſcinales cellæ*, leguntur: *Piſcinarius*, qui piſcinas piſcibus refertas habet, vel qui piſcibus alendis delectatur. Hinc Cicero *ad Attic.lib.*1. Lucullum & Hortenſium piſcinarios appellat: *mihi verò ut invideant piſcinarii noſtri, aut ſcribam ad te aliàs, aut in congreſſum noſtrum reſervabo.*

VI.

Ὀνοματολογίαν excipit πραγματολογία, ubi conſideranda ſe offerunt 9. nempe 1. *Piſcationis definitio.* 2. *diviſio.* 3. *cauſa efficiens.*

Digitized by Google

ciens. 4.*materia.* 5.*forma.* 6.*finis.* 7.*effectum.* 8.*affinia.* 9.*contraria.*Itaque 1.occurrit *Piſcationis definitio*,quam alii aliter definiunt,ut quidam: *capturam beſtiarum aquatilium*,Bocer.*Claſſ.*5. *Diſp.*3.*theſ.*11. alii,quòd *ſit exercitium ordinatum ad captionem piſcium*,ita Sebaſt.Medices *in tract. de venat. & piſcat.part.*1. *quaſt.*1. *n.*1.mihi placet ea definitio, qua *piſcatio* definitur: *jus quo alicui in mari, flumine, lacu,aliave aqua,piſces & alias res,capiendo ſibi, acquirere conceſſum eſt*, *jure divino*, *gentium & civili.* Dico *jus*,quia venatio jus eſt,teſte Weſenb. *in parat.ff.de acq.rer. dom.n.7.* proin Mohr de Nigromont.*in tract. de jur. venand.part.*1. *cap.*1. *n.*1. *&* 3. Bocer.*Claſſ.*5.*Diſput.*3.*th.*23. ergo & ejus ſpecies,qualis eſt piſcatio, jus erit, id eſt,facultas & poteſtas, quo ſenſu *jus* in legibus noſtris accipitur.Sic uſusfructus dicitur *jus*,*in prin.Inſt.* & *l.*1.*ff. de uſufr.*item iter,actus,via *jus in prin.Inſt.de ſerv.l.*1.*in pr.ff. de S.P.R.*

VII.

Hinc quæritur,quale jus piſcandi ſit? Controvertitur enim inter Doctores, nam quidam putant venationem & omnes eujs ſpecies juri gentium competere. Alii ſervitutem perſonalem: Alii realem: Alii juriſdictionalem eſſe aſſerunt. Nonnulli referunt ad Regalia. Haud pauci eſſe jus ſeparatũ,quod per ſe exiſtit,ut feudum & emphyteuſis,&c.defendunt. Alii in alias abeunt opiniones, de quibus ſingulis paulò diſtinctiùs erit diſpiciendum. Et hi quidem,qui piſcandi jus ex Jure gentium deducunt,latiſſimè illud extenſum conſiderant, ita ut *ſit quadam facultas quibuſvis hominibus conceſſa,tum Jure Divino*, *Gen.cap.*1.*verſ.*26.28.30. *Gen. cap.*9.*v.*2.*Pſalmo* 8.*v.*8. *&* 9.*tum Jure Gentium.§.fera igitur* 12.*Inſt. de rer.diviſ.l.*1. *§.*1.*l.*3.*ff.de acqu.rer.dom.* Ratio,quia quod natura commune finxit,id induſtriæ eſſe præmium voluit, Quintilianus *Declam.*13. Harprecht *in Comm.ad d.§.*12.*Inſt.de rer. diviſ.n.* 2. *&* 3. *Frater meus in Diſp.de Aucup.theſ.*6.Et hoc modo piſcatio conſideratur prout extitit antequam terra,à Deo creata, ab hominibus ex omni parte occupata fuit: Verùm poſtquam per apprehenſionem poſſeſſionis rerum dominia diſtingui cœperunt,*l.*1. *§.*1.*ff.de acq.vel amitt.poſſ.*ab eo tempore,nec piſcatio in ſua quam ex jure gentium habebat laxitate,ſubſtitit, cùm præ-

diorum

Digitized by Google

diorum domini venandi, atque ita etiam piſcandi gratia ingredientes prohibere cœperunt. *d.* §. 12. *Inſt. de rer. diviſ.* Hinc ſi quiſquam in fluminis publici diverticulo pluribus annis ſolus piſcatus ſit, alium eo jure volentē uti prohibere poteſt, ut ait Marcianus *in l. 7 ff. de diverſ. temp. praeſc.* Et hac ratione reſtricta eſſe, atque Jure Civili ex ſpecialibus tantùm cauſis hoc jus competere atque acquiri cœpit, ut ex ſequentibus clariùs eluceſcet. Harprecht. *d. loc. n.* 11. Bocer. *Claſſ. 5. Diſp. 3. th. 5. junc. th.* 11. 12. 17. Nonnulli arbitrantur *jus piſcandi* perſonale eſſe, atque ſervitutibus aggregandum, inter quos Bald. *in l. penult. num.* 12. *col.* 3. *verſ. item ſi debeas mihi ſervitutem. Cod. de condition. incert.* quibus contradicunt Bocer. *d. Diſp. 3. th. 23.* Harprecht. *d.* §. 12. *n.* 138. *Inſt. de rer. diviſ.* hac ratione moti, quòd piſcandi jus ad heredes ſive poſteros tranſeat, cùm tamen perſonalis ſervitus cum perſona extinguatur, § *finitur 3. Inſtit. de uſufr. l. uſus* 21. *ff. de uſu & habit. l. Lucius 37. ff. de ſervit. praed. ruſtic. l. ſicut. 3.* §. *ult. ff. quib. mod. uſusfr. amit. l. cùm in fundo* 78. *prin. ff. de jur. dot. l. in omnibus* 68. *l. privilegia* 196. *ff. de reg. jur. l. corruptionem* 16. *C. de uſufr.* At hac ratione non obſtante opinionem iſtam prorsùs rejiciendam eſſe non exiſtimo; quamvis enim hoc largiar, non omnem piſcationem jus eſſe perſonale, tamen dubium non eſt, poſſe dominum alteri perſonæ, vel uſumfructum fluminis, ſtagni, aut lacûs privati, vid. Bocer. *Claſſe 5. Diſp. 3. th. 24. lit. B.* Harprecht *d. l. num.* 182. vel jus ejuſmodi perſonale, v. c. ut ipſe ſolùm ad dies vitæ in flumine ſuo piſcetur, conſtituere. Idque mihi argumento eſt, quòd videam ſervitutes aliàs ſuâ naturâ reales, tali pacto fieri perſonales, per *l. 4. l. 5. l. 6. l. 37. ff. de ſervit. praed. ruſt. l. 6. ff. de ſervit. legat. l. 32. ff. de uſufr. l. 2.* §. *2. ff. ſi ſervit. vind. l. Meia* 14. §. *ult. ff. de aliment. vel cibar. legat.* cur non ergo & piſcatio in hunc modum concedi poſſet, non video. Unde opinionem Harprechti *loc. cit. n.* 140. erroneam eſſe, nec ex conſuetudine Germaniæ probari puto, quaſi piſcandi jus nemini ita concedi poſſet, ut perſonam ejus non egrediatur: refragari enim videtur *l. idem* 25. §. *perſonale* 1. *l. ſi unus* 27. §. *pacta 4. verſ. ante omnia ff. de pactis.* Plures ſunt qui ſervitutem realem eſſe aſſerunt: ita Zaſius *in intellect. ſingul. lib. 1. cap. 11. & ad* §. *aeque* 2.

n. 24.

Digitized by Google

n.24.Inſt.de act.& conſil.6.num.30. quem ſequitur Gail. *lib.2.obſ.66.n.1.&* 2.ubi ſecundùm hanc opinionem propter notiſſimam Germaniæ conſuetudinem in Camera Imperiali judicatum atteſtatur. Eundem ſequuntur Hieronymus Schurffius *conſil.1. centur.3.num.42.* Hartmannus Hartmanni *pract.obſervat.lib.2.cap.4.* Mindanus *lib.2.cap.36.n.7.* Modeſtinus Piſtoris *conſ.14.n.29. volum.2.* Georg.Mor. *in tract.de jure venand.part.2.cap.3.num.4.& ſeq.* Treutl. *vol.2.Diſput.10.theſ.3.lit.C.* Quibus obloquuntur Bocer.& Harprecht *locis ſuprà* citatis,moti his rationibus (1.) quia realis ſervitus debetur prædio, *§.ideo autem 5.Inſt.de ſervit.præd.& l.1.§.1.ff.commun.prædior.* At jus piſcandi ipſi prædio non debetur. E. (2.)quia jus illud non ad ipſiuſmet prædii utilitatem pertinet, cùm tamen realis ſervitus in uſum & commodum prædii conſtituatur,ut eo melius & utilius fiat atq; conſervetur, *l.quotiens 15 prin.ff.de ſerv.l.ergo 5.in fin.cum l.ſeq.ubi gloſſ.in verbo uſusfructus ff.de ſervit.præd.ruſt.* (3.)quia realis ſervitus maximè ruſtica conſtitui nequit,niſi illi prædio quod confine & vicinum ſit prædio dominanti *d.l.5.§.1.ff.de ſerv.præd.ruſt.l. Meia 14.§.ult.ff. de aliment.& cibar.legat.* Ubi tamen notandum,hanc poſteriorem opinionem tunc veram eſſe,ſi jus piſcandi ad perſonæ ſolius,non prædii,utilitatem in prædio procul diſſito,conſtitutum ſit.Cùm autem fieri poſſit,ut piſcatio in flumine alieno proximo ad utilitatem prædii vicini hoc modo concedatur, v. c. ſi Princeps vel Comes vicino ita piſcationẽ permittat, ut quicunq;hoc caſtrum poſſideat,poſſit ad ſui familiæq; ſuæ commodiorem ſuſtentationem in flumine ejus vicino piſcari,non video, cur talis ſervitus realis conſtitui nequeat,nec impedit,quòd hæc conſtitutio juris piſcandi magis ad hominis quàm prædii utilitatem ſpectare videatur: non enim abſurdum eſt dicere, etiam hoc concernere utilitatem prædii, quando homines in prædio viventes commodiùs vivere poſſunt, *arg.l.3.pr.ff. de ſervit.prædior. ruſtic.arg.§. inter ruſticorum 2.& ibi Locam.in not.Inſtit.de ſervit.præd.* præſertim cùm ob hanc commoditatem prædium plus æſtimetur, & conſequenter cariùs vendi poſſit. Minùs rectè ſentiunt,qui piſcationem ſervitutem juriſdictionalem eſſe aſſerunt.Sebaſt.Me-

425.

dices *in tract. de venat. part. 2. quaeſt. 2. n. 5.* Quamvis enim plerumq; contingat, ut is qui Jurisdictionem habet, habeat quoque jus venandi & piſcandi, hoc tamen fit per accidens, non per ſe, nec alterum ab altero pendet. Quemadmodum enim merum imperium jure magiſtratus non competit, quamvis nemini detur à lege vel SCto, quàm alicui magiſtratui, arg *l. 1. pr. ff. de offic. ejus cui mandata eſt Juriſdictio*, ita non ſequitur venandi & piſcandi jus plerumque competit ei qui Juriſdictionem habet. Unde rectè inferunt *Harprecht. ad dict. §. 12. Inſt. de rer. diviſ. num.* 142. & Bocer. *d. claſſ. 5. diſp. 3. th. 23. lit. D.* venationis jus ſervitutem juriſdictionalem ideò eſſe non poſſe, quia toto genere à Juriſdictione differat: Juriſdictio enim eſt poteſtas reddendi ſive decernendi jus lege conſtitutum, & decernendi quidem perſonis & negotiis, ad quæ pertinet, *l. meminiſſe* 10. ibi: *debet jus dicere ff. de offic. procon. l. ſenatusconſulto* 16. *ff. de offic. præſid. l. penult. ff. de juſt. & jur.* An autem jus piſcandi regalibus adnumerandum ſit, plus videtur habere difficultatis. Affirmativam enim tuentur, Roſenthal. *de Feud. cap. 5. concluſ. 94. n. 6.* Noe Meurer *tract.* vom Jagen/ *num.* 4. Pruckman *in §. venatio. cap. 1. n. 5.* Wehner *pract. obſ. lit. f. in verbo* Forſtrecht. Modeſt. Piſt. *quaeſt.* 27. Menoch. *conſil.* 302. *num.* 31. (1.) per textum expreſſum 2. *Feud.* 56. ubi piſcationum reditus regalibus annumeratur. (2.) per rationem 2. *Feudor.* 27. *§. ſi quis ruſticus. verſ. Nemo retia, &c.* ubi Imperator Fridericus omnibus indiſtinctè hominibus venationem prohibet, & ita ſibi ſoli reſervat. (3.) per *l. unic. C. de venat. fer.* ubi omnes feras beſtias captas (exceptis nocivis v. c. leonibus, &c.) ad comitatum, i. e. aulam Imperatoriam transmitti jubet. (4.) quia jure venandi, ex notoria Germaniæ conſuetudine, utuntur ſoli Magnates qui regalia habent, & ſi forſan plures aliæ quoque rationes ſimiles occurrant. Verùm alii & inter eos maximè Harprecht. *d. loc. n.* 143. itemque Bocer. *d. Diſput. 3. theſ. 24. Diſput. Baſileenſ. Vol. V. in Diſp. de jur. venand. theſ. 6. l. yyy. 3.* Negativam defendunt, multis niſi rationibus. (1.) *l. item ſi fundus 9. §. aucupiorum. l. uſufructuarium 62. ff. de uſufructu. l. venationum 26. ff. de uſur.* ex quibus locis apparet jus venandi & reditus ex venatione conſequenter

etiam

etiam ex piſcatione, perceptos, ad privatos ſpectare poſſe. (2.) quia regalia ſoli Imperatori in ſignum præeminentiæ ad Imperii decus, dignitatem & Majeſtatem conſervandam, vel ad ſalutem & utilitatem publicam tuendam, conceſſa. Herman. Vult. *de feud. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 7. Heinric. à Roſenthal *in Synopſi feudal. c.* 5. *concl.* 2. *& Feudiſtæ communiter ad tit.* 56. *Quæ ſint regalia lib.* 2. *Feud.* (3.) Regalia ſemel ab Imperatore conceſſa non poſſunt ſine ejus conſenſu, ab eo qui accepit in alium transferri ſeu alienari. Ægid. Boſſ. *in tract. de regal. num.* 35. Anton. Peregrinus *lib.* 1. *de jure fiſci tit.* 2. *num.* 101. at jus venandi transferri poteſt. (4.) Privatus uſurpans regalia crimen læſæ Majeſtatis committit, arg. *l. injuriarum* 13. *§. ſi quis me* 7. *ff. de injuriis.* Weſemb. *in parat. ff. de acq. rer. dom. n.* 7. *in fin.* Ego in utriuſque opinionis rationes accuratiùs non inquiram, ad rationes enim affirmativas reſpondit Bocer. *d. th.* 24. *lit. a.* Harprecht. *d. loc. n.* 155. 158. 168. 172. Hunnius *in d. Vol.* 5. *Diſp. Baſileenſ. cit. loc.* ad rationes verò negativas quædam repoſuit Pruckman *in d. §. venatio n.* 6. ſed hoc aſſero, poſſe etiam jus piſcandi quandoque regalibus annumerari, neque tamen ſemper, per ea quæ tradit *Coll. Jurid. Argent. de acquirendo rer. dom. th.* 14. *n.* 3. & inferiùs, ubi de conciliatione diverſarum harum opinionum acturus ero, pluribus oſtendam. Rectiùs itaque ſtatuunt illi, qui jus piſcandi ex ſe & extra modum conſtituendi conſideratum vel ad jus dominio fundi annexum, per *l. venationum* 26. *l.* 9. *§.* 5. *l.* 62. *ff. de uſufructu. l.* 12. *§.* 12. *in princ. ff. de inſtruct. & inſtrument. d. l. injuriarum* 13. *§.* 7. *ff. de injur.* vel etiam ſeparatum aliquod jus per ſe exiſtens, ut Feudum, Antichriſis, &c. eſſe aſſerunt, ex quibus eſt Bocer. *d. th.* 24. Harprecht. *ad d. §.* 12. *n.* 181. Unde aſtipulor opinioni *C. I. A. de acq. rer. dom. theſ.* 14. quod putat: eum qui jus venandi & piſcandi ad unum genus referre ſtudet, inextricabilibus ſe implicare difficultatibus, ſed rem diſtinctione eſſe expediendam. Nam (1.) qui venantur aut piſcantur, ex permiſſu juris gentium citra ſervitutem venantur, cùm hoc faciant jure proprio. At ſi territoriorum domini venantur aut piſcantur in territoriis ſuis, etiam in fundis & aquis privatorum, hoc faciunt jure imperii vel ſuperioritatis. (2.) Rega-

ſe erit hoc jus, quatenus Domini territoriorum inter alia regalia ab Imperatore acceperunt jus piſcandi. (3.) Feudale ſi in feudum acceperint à ſuperiore, unde Nobiles ab Imperatore ita de fluminibus inveſtiuntur, mit Waſſeren/Flüſſen/allen Nutzungen/Ehren und Würden: quæ verba omnem fluminum uſum, eorumq; Incrementa Vaſallo adjiciunt. Schepliz. *ad Conſt. March. lib.* 4. *c.* 22. *§.* 1. (4.) Servitus perſonalis, ſi certæ perſonæ conceſſum, *arg. l. venationum* 26. *ff. de uſur. l.* 9. *§.* 5. *l.* 62. *ff. de uſufr.* (5) Jus ſeparatum, ſi emptum, conductum, precariò conceſſum. Ideo autem mentionem feci in definitione *juris civilis*; quia conſtat, *jus piſcandi* alicui interdum competere ex conſtitutione vel ſtatuto, nonnunquam ex conſuetudine & præſcriptione, aliquando verò ex privilegio, arg. *l. injuriarum* 13. *§. ult. ff. de injuriis*, & infrà patebit. At conſtitutio & ſtatutum, *t. t. ff. de conſt. Princip.* & conſuetudo *l. de quibus* 32. *ff. de legibus* & præſcriptio *l.* 1. *ff. de uſurp. & uſuc.* & privilegium, *l. jus ſingulare* 16. *ff. de L. L.* juris cenſentur, proindeque jus piſcandi, quod iſtis modis alicui quæſitum eſt, non immeritò juris civilis eſſe dicitur. Cæterùm jure divino & gentium piſcationem quibuſvis hominibus eſſe conceſſam, clariſſimum eſt ex iis, quæ ſuprà dixi.

VIII.

Poſt definitionem ſequeretur 2. *diviſio piſcationis*, quia autem nullam eſſentialem ſeu formalem reperio, verùm una vel altera ſe offert diſtinctio, cujuſmodi eſt illa, quæ à cauſa inſtrumentali ſumitur, ut quando Sebaſt. Med. *in tractatu de venat. par.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 1. *piſcationem* dividit in eam, quæ fit *retibus*, & eam, quæ fit *hamo*: hinc non inutile erit hîc exponere *Inſtrumenta* ad *piſcationem ſpectantia*; quæ rurſus ſunt vel *rationalia* vel *irrationalia*. Ad *rationalia* refero (1.) *Piſcatores*, de quibus *ſupra theſi* 5. eorumq; *famulos*. Sic apud Romanos *piſcatores* ſervi erant, qui piſcabantur, memorati Scævolæ *l.* 27. *in pr. ff. de inſtr. vel inſt. leg. l.* 65. *in pr. ff. de leg.* 3. Cic. *Offic. lib.* 3. Sic de Comitibus de Wernigerode refert Limn. *tom.* 2. *addit. l. P. ad l.* 4. *c.* 7. *p.* 298. quòd ſint Imperii piſcationis præfecti. (2.) Huc etiam aliquo modo ſpectant *Urinatores*, qui ſubter aquam natantes tempore illo continent ſpiritum & in

in ea urinantur i.e. emergunt, Varro *de lingua latina*, Plinius *lib.11.cap.37.* quamvis propriè horum officium ſit, merces è mari extrahere, navigii levandi gratiâ jactas: videatur Calliſtratus J.C. *in l.4.§.1.ff. de L. Rhodia de jactu.* Ad *irrationalia* pertinent (1.) *Mergi*, quorum opera piſces capiuntur, in quem uſum admodum commendantur, ut hoc exemplo patere poteſt, quod refert Odericus è Foro Julii: *In civitate quadam*, inquit, *ad magnum fluvium ſita in Oriente, hoſpitem piſcaturum comitatus, vidi in naviculis ejus Mergos ſuper perticas alligatos, quibus ille guttur filo ligavit, ne piſces captos devorare poſſent. Ponunt autem ad ſingulas naves tres magnas ciſtas, unam in medio, & ab utroque extremo ſingulas. Tum Mergos ſolutos dimiſit: qui mox piſces quamplurimos cepere, & ipſimet in ciſtas illas impoſuêre, ita ut brevi tempore omnes repleverint. Tum hoſpes filis à gutture eorum ſolutis, eos jam ſibi ipſis piſcari & piſcibus paſci permiſit. Hi paſti ad loca propria revertuntur, iterumq; perticis alligantur.* Hæc ille. Simile quid de his avibus narrat Scaliger *Exercit.* 233. *De Mergo*, inquit, *nihil equidem præclari, niſi quod Celſus Sergius Coſentinus contubernalis eques fortiſſimus narrabat mihi: Mergum cicurem Venetiis vidiſſe, qui ab hero è cymba emiſſus, non ſine ſpectatorum & voluptate & admiratione, ſub aquis cibum capere, ſatur ad herum redibat.* (2) *Delphinus*, cujus operâ homines in piſcatura uſos fuiſſe conatur probare Gulielm. Rondeletius *lib.16. de piſcibus pag.*470. ex Plinio, cujus verba: *Eſt in Nemauſienſi agro ſtagnum, Laterra appellatum, ubi cum homine Delphini ſocietate piſcantur. Innumera vis mugilum ſtatuto tempore, anguſtis faucibus ſtagni, in mare erumpit, obſervatâ æſtûs reciprocatione, quâ de causâ prætendi non poſſunt retia æquè, molem ponderis nullo modo toleratura. Etiamſi non ſolertia inſidietur tempori. Simili ratione in altum protinus tendunt, quoniam vicino gurgite affigatur, locumq; ſolùm pandendis retibus habilem effugere feſtinant. Quod ubi animadvertêre piſcantes (concurrit autem multitudo temporis gnara & magis etiam voluptatis hujus avida) totusq; populus è littore quantum poteſt clamore conciet Simonem ad ſpectaculi eventum: celeriter Delphini exaudiunt, deſideria Aquilonum flatu vocem proſequente, Auſtro verò tardiùs ex adverſo referente, ſed tunc quoque improviſo advolant: propere*

perè apparet acies, quæ protinus diſponitur in loco, ubi conjectus eſt pugna, opponit ſeſe ex alto, trepidosq; in vada urget. Tum piſcatores circumdant retia, furcisq; ſublevant, mugilum nihilominus velocitas tranſilit. At illos excipiunt delphini, & occidiſſe ad præſens contenti, cibos in victoriam differunt opera. Prælium fervet, includiq; retibus ſe fortiſſimè vigentes gaudent: ac ne hoc ipſum fugam hoſtium ſtimulet, inter navigia & retia, natantesq; homines ita ſenſim elabuntur, ut exitus non appareat. Saltu (quod aliàs blandiſſimum his) nullus conatur evadere, ni ſummittantur ſibi retia, egreſſus ante vallum protinus præliatur. Ita peractâ capturâ quos interemere diripiunt. Sed enixioris operæ, quàm in unius diei præmium conſcii ſibi operiuntur in poſterum: nec piſcibus tantùm, ſed & intrita panis ac vino ſatiantur. Hactenus Rondeletius. Ad *Inſtrumenta inanimata* referuntur 1. *Retia.* Piſcari retibus quidam Britomartis dicunt inventum, quos refutat Diodorus *rer. antiq. lib. 5. cap.* 15. Id Ulfredus Monachus Auſtrales Saxones primus docuit, qui præter anguillas nullos alios noverant capere piſces. Bed. *lib. 4. cap. 13. hiſt. eccleſiaſt.* De variis illorum nominibus & differentiis audiendus Oppianus *lib. 3. Halieut.* ——— *Qui retia tendunt,*

Nominibus variis deſignant humida lina,
Gaggamas, gripos, illas dixere ſagenas,
Has dixere pezas, hypochas, curvumq; panagrum.
Sunt quæ ſpereones, atque amphibleſtra vocantur,
Et quæ præterea per graias plurima gentes
Nomina, queis poſſunt hæc humida lina referre,
Et retis narrare ſinus, maculasq; doloſas.

His in locis maximè frequens eſt retis genus, quod *verriculum* à verrendo vocant: noſtris Zuggarn: Alligantur ejus extrema funibus, quibus hinc globi plumbei, hinc ſuberis fruſtilla annectuntur: ut ex una videlicet parte deſcendat, propter gravitatem plumbi deorſum trahentis; ex altera in ſuperficie aquarum maneat, propter levitatem ligni. Ælianus *lib. 12. cap. 43. de animal.* ſcribit: piſcatione hac cum *retibus* præcipuè poſſe ditari piſcatores propter copioſam capturam, quâ piſces unâ vice plurimi, non ſecus ac occupatis hoſtium caſtris captivi, in eorum

pote-

poteſtatem veniunt. Quam in rem iſta refert Thomas Blaurerus: *in medio Lacûs Podamici, qua urbem Conſtantienſem interfluit, pedum quinquaginta altitudine crater ſeu vallis ſubeſt, ubi uno ſæpè jactu piſcatores millia triginta, ſæpè quadraginta piſcium trahunt. Numerant autem non niſi ad halecum magnitudinem accedentes.* Sic A. C. 1534. piſcatores Conſtantiæ uno retis jactu tractuque ſupra 46. millia piſcium (quos Gangfiſch appellant) è lacu extraxêre, multò plures tracturi, niſi rupto reti magna pars in libertatem aquarumque profunda emerſiſſet, uti Bucelinus *Chronolog. Conſtant. pag.* 346. & Cruſius *Annal. Suev. LXI. c.* 9. referunt. Eam ſupellectilem variam requirere ait idem Ælian. *ibid.* in qua numerantur *funes, fila alba* & *nigra, cyperus, ſuber, picea lora, rhus, lapis, byblus ſive papyrus, cornua, navis ſex remorum, axis, ſcytalides* ſive *bacilli teretes, cottana, tympanum, ferrum, ligna, pix.* Huic reti non abſimile eſt *rete ad Salmones comparatum* (Salmengarn) hoc enim genus duplicatum (filo duplici) eſt: altum ad duos paſſus, longum ut minimùm triginta tres; fiunt enim quidam multò longiora. His retibus circa medium Martii menſis uti incipiunt piſcatores. Itaque hujuſmodi reti extenſo piſcatores utrinque bini in ſingulis lintribus, per Rhenum deſcendunt, degravatur autem id inferiùs plumbo, ſuperiùs ſubere elevatur, ſic ut ad vadum uſque demiſſum ſalmones obvios omnes implicet, qui verò ſuperiore loco in aqua natant, evadunt, ut ii etiam, qui circa ſaxa, aut ſub ſaxis ſunt. Implicati aliquando vi erumpunt. Item aliud genus retis, (quod Spreitgarn appellant) quo & fortuitò interdum capiuntur ſalmones, hoc enim à piſcatore injecto propter alios piſces, ut naſos, barbos, lucios, capitones, &c. ſæpè etiam ſalmones pariter irretiuntur. 2. *Naſſa*, Germanicè, Ein Reuſchen / eſt (authore Feſto) piſcatorii vaſis genus, quo, quum intraverit piſcis, exire non poteſt. De qua huncin modum Silius *lib.* 5.

Haud ſecus ac vitreas ſolers piſcator ad undas,
Ore levem patulo texens de vimine naſſam.

Illam verò omnium optimè deſcribit Oppianus *lib. 3. Halieut.*

Chalcidicus fraudes autumni tempore prædo

Inſti-

Inſtituit, & Treſſas prendit, gentemq́; protervas
Traguren, naſſam ſparti de vimine texens,
Et vili mixtam vicia ſub vimine maſſam
Claudit, aſperſam vino, miſcetq́; puella
Aſſyria lachrymas: qua turpi accenſa furore
Thiantis patris, longavo immixta parente
Infandum irata patravit Cypride crimen.
Exuit humanam fatali numine formam:
Arboris in faciem verſa eſt cognomine myrrha,
Deflens concubitum lachrymis aſperſa nefandum.
Hos ſuccos miſcet naſſam ſub fluctibus aptans.
Talis odor ſubito ſpirat per marmora lata,
Alliciens ſpecies varias & naſſa repletur,
Et fortunata ſuccedunt munera prada.

Naſſarum Creſcentius *lib.*10.*cap.*38.duas facit formas: quarum prima interiùs eſt ampla ac rotunda: in cujus fundo ponitur creta mollis & grana ei annexa: altera verò tota ſtricta & longa,ſed in introitu mediocriter aperta, & in medio admodum ſtricta,in cauda verò ſtrictiſſima. Illam intrant piſces causâ cibi: hanc verò ut ibi occultè morentur. In hoc piſcationis genus gravius invehitur Ælianus *de animal. lib.* 12. *cap.* 43. ubi: *Naſſarum uſus* (inquit) *præ cæteris inſidioſus, atque doloſus, ingenuos homines minimè decere videtur.* Ibid. de ſupellectili aliquid addit: *Adhibentur* (inquit) *holoſchœni juncorum generis non madidi, vimen, lapis qui facilè manibus tractetur, alga marina, funes, coma cupreſſi, ſubera, ligna, eſca & navis parva.* 3. *Hamus* noſtris, Ein Angel/eſt uncus, quo piſcatores eſcam ſuſpendunt ad capiendos piſces: antiquiſſimum ejus uſum probat Homerus *Odyſſ.*4.ubi Ulyſſis ſocios jam hamo piſcari ſolitos fingit. De piſcatione cum hamo ſic Ælianus *d.l.*12.*cap.*42. Hæc piſcatio (ait) *ut callidiſſima eſt, ita liberis hominibus inprimis convenit: opus autem habet pilis equinis, albis, nigris, ruffis, & ad canum colorem vergentibus: cæteros, qui tinguntur, albos vel purpureos omnes improbant. Aprorum etiam ſetis* (die borſte) *rigidis utuntur: & lineis ſeu filis, & ære multo plumboq́; & è ſparto funiculis & pennis præcipuè albis, aut nigris &*

variis.

variis. Sunt ex piſcatoribus, qui etiam lanis utuntur puniceis vel purpureis & lignis, ferroq́ & aliis rebus indigeant: & inter illas arundinibus rectis proceriſq́ nec madidis: holoſchœnis verò madefactis, & virga de corno arbore & capra cornibus & cooio. Hactenus Ælianus. 4. *Fuſcina.* Germ. Ein Geeren / Stachel / eſt telum piſcatorium tridens, quo piſces percutiuntur: de quo Oppianus *lib. 3. Halieut.*

Nonnulli Ponti deſignunt monſtra tridente
Ex terra aut cymbis, ut fert ſua quemque voluptas.

Et Ælianus *d. lib. 12. de animal. cap. 43. Quæ* (inquit) *per fuſcinam fit piſcatio, ſtrenuiſſima eſt, & piſcatore opus habet robuſtiſſimo. Ad eam requiruntur pertica recta oleagina & funes è ſparto contexti: & tædæ vel faces de pinu perquam reſinoſa: item navis parva & remiges aſſidui, validiq́ brachiis.* Hujus inſtrumenti hîc Baſileæ, in figendis ſalmonibus frequens eſt uſus. Gladium piſcem hoc teli genere etiam confici, teſtatur Oppianus *d. lib. 3. Halieut.* ubi de Gladii captura agit:

Pectore ſubſtructi ſerò ſua fata videntes,
Quum ſunt perfoſſi ſua membra tricuſpide telo.

Et paulò poſt de eod.

——— totusq́ remiſſus
Eſt animo, donec miſerum per littora volvat
Piſcator, gladiiq́ caput diverberat haſtis
Multis, & piſcis peragrat crudelia fata.

De quo fuſiùs Hippolytus Salvianus *de aquat. animal. hiſtor. 37. pagin. 128.* 5. Aliud inſtrumenti genus, piſcatores appellant, Ein Salmenwag / de quo inſtrumento Conr. Geſnerus *lib. 4. de Aquatilibus in Salmone,* dum inquit: *Ubi rapidiſſimus Rheni fluvius ad ripam eſt, piſcator ſtructuram quandam inſtar valli (ipſi vocant* ein Wag / *quod idem & trutinæ ſeu ſtateræ nomen eſt Germanis) è truncis & lapidibus, quæ in flumen promineat, excitant, fundamentum eſt quercus, aut alnus. Ad hanc unda impingens magno impetu, retro fertur: ita fit, ut retro locus aqua tranquillior, idemq́ profundus ſit (Vocant ipſi* die Lani / Stille oder Rurwaſſer) *in eo navicula eſt cum tugurio: ubi noctes ac dies piſcatores duo manent, quo tempore ſalmones perpetua migratione aſcendunt: & reti in aquam demiſſo*

mit einem Garn / wie ein breiter Zopfbären) *ſalmones exſpectant. Salmonem igitur aſcendentem obvius juxta ſtructuram aquæ impetus in locum tranquillum rejicit, id ſentit piſcator filo commoto, tenet enim manu fila aliquot, reti adnexa: vel lignum parvum, funiculo alligatum reti, ita ut rigeat. Itaque mox paxillo quodam retracto, ut rete ſubitò per machinam ſeu decipulam attrahatur, efficit,* (Er zeucht einen Knebel hinderſich / ſo ſchnellen die Holzſchwenckel überſich / ziehend mit ihnen das Garn) *Hujuſmodi autem ſtructuræ magnis impenſis fiunt & conſervantur, & qui eis utuntur piſcatores, certam ſummam pecuniæ magiſtratui ſolvunt & inſuper decimas. Habentur autem ſolùm inter Baſileam & oppidum* Lauffenberg. *Infra Baſileam nulla eſt, quòd ſolum ſeu vadum ſolutius ſit, & Rhenus patentior, nec ampliùs ſimiliter in anguſtum ſaxis utrinque coactus. Quòd ſi ſalmones omnes juxta has ſtructuras aſcenderent, caperentur omnes: ſed multi longiùs ab eis, & circa medium fluminis aſcendunt.* Hactenus Geſnerus. 6. *Navis, l. item* 17. *§.* 1. *ff. de inſtr. leg.* Navium autem fabricandarum formam à piſcibus deſumptam eſſe, ſiquidem ab illorum dorſo carina, à capite prora, à cauda temo, à branchiis remi formari, teſtatur Lil. Gyrald. *de navig. c.* 3. de quo tamen legi etiam poteſt. Ricciol. *Geograph. & Hydrograp. reform. lib.* 10. *c.* 34. *ſect.* 4. ubi prima navium rudimenta earumque materias recenſet, quamvis autem navis propriè maritima ſit *l.* 1. *& ſeqq. ff. de L. Rhod. de jactu*, impropriè tamen & generaliter intelligitur etiam fluviatilis, *l.* 1. *§. navem* 6. *ff. de exercit. act.* Ratis verò propriè eſt & dicitur fluviorum navis, *l. ſolet* 3. *in prin. ff. de feriis l.* 1. *in pr. & l.* 3. *§.* 1. *ff. de incend. rui. naufr.* Jul. Ferret. *de re naval. lib.* 1. *n.* 11. Navium uſus in piſcatione non ſolùm eſt utilis, ſed penè neceſſarius: illarum enim ope piſces tam mediis in aquis, quàm prope littus & ripam degentes capiuntur. Sequuntur *Inſtrumenta prohibita*, & quidem inter *animata* ſunt *anates domeſticæ*, quæ prohibentur ali apud aquas piſcoſas, rationem hujus reddit Sebaſt. Kraifferus *tract. de venat. & aucup. art.* 10. *ex text. jur. venat. Bavar.* weilen der Fiſchweyer dardurch mercklicher ſchaden erfolget: idem teſtatur Colerus *in Oeconomiâ ſuâ lib.* 13. *cap.* 14. *§.* den flieſſenden Waſſeren ſind ſie (anates ſcil.) ſehr ſchädlich. Hinc quæritur, an piſcatio

poſſit

Digitized by Google

poſſit prohiberi cum quibusdam retibus, vel aliis inſtrumentis ad piſcium depopulationem, vel hominum periculum? Reſp. quòd ſic, quia piſces non ſolùm ſunt pro ornamento univerſi, ſed etiam pro utilitate hominum: unde Princeps prohibere poteſt ne quis piſcari poſſit. 1. cum *eſca*, mit darzu bereiten Kugeln und Stucken die Fiſch im Waſſer gwältnig zu machen / dict. Graiſſerus *loc. cit. art.* 9. Georg. Mohr *de venat. part.* 1. *c.* 2. *num.* 63. Sebaſt. Medic. *d. venat. part.* 1. *q.* 10. *n.* 5. Ubi dicunt: quòd *eſcâ* piſcari licitum non ſit, eſt enim talis piſcatio fraudulenta, & eâ, ut idem Medic. *jam d. loco*, piſces (quod tendit ad deſtructionem piſcium) in magna quantitate capiuntur. Hinc Elector Bavariæ hunc modum piſcandi vigore hujus artis optimè prohibuit, quod etiam Magnum Hetruriæ Ducem in ſuo magno Ducatu feciſſe, teſtatur idem Medic. *jam d. loco* concordant. jura per eum allegata vid. *§. nemo retia. de pace tenenda l. qui foveas.* 28. *ff. ad L. Aquil.* Plat. & Rebuff. *l. unic. C. de venat. ferar. lib.* 11. Bart. *conſ.* 155. *lib.* 1. Chaſs. *in conſuet. Burg. rub.* 16. *§.* 6. *n.* 3. Medina *in tract. de reſt. q.* 12. Dinus. *p.* 2. *relect. reg. pec. §.* 8. *de Reg. Jur. in* 6. 2. *Lumen* prohibetur, & quidem primò non licet piſcatoribus accendere lumen in littore maris, per textum apertum *l. ne piſcatores.* 10. *ff. de incend. ruina. naufr.* ibi: *ne piſcatores nocte lumine oſtenſo fallant navigantes, quaſi in portum aliquem delaturi eoq; modo in periculum naves, & qui in eis ſunt, deducant, ſibiq; execrandam prædam parent, præſidis provinciæ religioſa conſtantia efficiat.* Et nota, quòd tenentur & puniuntur ac ſi fuiſſent raptores Gand. *& alii in praxi crim. tit. ſi quid raptum eſt occaſione incendii, ruina & naufr. n.* 15. & hoc intellige, quando lumen ponitur in loco periculoſo littoris maris, ut decipi ac falli poſſent navigantes ſecus autem ſi poneretur alibi. Gloſſa 1. *d. l. ne piſcatores* 10. Cæpolla *tract. de ſervit. ruſtic. prædior. tit. de igne n.* 6. Secundò non licet ſecundùm jus Bavaricum piſces & cancros nocturno tempore *lumine accenſo* capere: rationem hujus reddit Kraiſſerus *de jure piſcandi artic.* 8. quia piſces & cancri propter lumen accenſum vel omninò recedunt, & aliò ſe conferunt, vel lumen in copia ſequuntur, ſicque in copia etiam capiuntur, & quia utrumque horum ad depopulationem piſcium & cancrorum tendere ſolet,

 ideò

ideo piſcatio talis nocturna licita non eſt. Sunt & alia inſtrumenta, quæ piſcatoribus prohibentur, vel in certis regionibus, ut in Bavaria die Legſcheffel und verbundene oder verdeckte Reuſſen/ vel certis anni temporibus: ſic in eadem regione, die Gleider oder Schweiher ad diem S. Bartholomæi ponantur, & uſque ad diem S. Georgii poſita permittantur, poſtea verò ad littora ultra 6. à Piſcatoribus non ponantur. Illa inſtrumenta Zaunſcheren/ à feſto Purificationis B.V. uſque ad feſtum S. Georgii permittantur, ut & alia &c. de quibus vide d. Kraiſſ. *alleg. loc. art. 2. & ſeqq.* vel ad certos piſces capiendos: ſic ſalmunculum legitimâ menſurâ minorem & hami genere, quem Polangel vocant, piſcatoriæ leges prohibent capi. Item Scotis Salmones piſcari interdictum eſt, à ſexto Idus Septembris ad Calendas uſque Decembris: quòd & ſoboles multum detrimenti acciperet eo tempore & inutilis ferme (in cibo propter partum) captura eſſet, Hector Boëthius. Hic Baſileæ à die S. Andreæ uſq; ad veris initium capere eos non licet Conr. Geſn. *lib. 4. de Aquatil. in Salmone:* ſunt præterea alia multa inſtrumenta in piſcando prohibita, quæ omnia recenſere nimis longum foret.

IX.

Sequitur 3. *cauſa efficiens piſcationis*, quæ eſt vel *remota* vel *proxima*. Ad *remotam* refero varia illa jura, quibus jus piſcandi inducitur & piſcari permittitur, quorum primum eſt *Jus Divinum*, Geneſ. *cap. 1. verſ. 26. 28. cap. 9. verſ. 2. & 3. & Pſalm. 8. verſ. 8. & 9. ſuprà theſ. 7.* Secundum *Jus Naturale*. Namq; natura non tantum rerum fructus, *§. in pecudum 37. Inſt. de rer diviſ.* ſed etiam res ipſas hominum gratia producit, ut rectè Stoicis placet, quos refert *Cic. 1. offic.* eademq; eſt Ariſtotelis ſententia 1. *Polit. cap. 4.* & quod omnibus naſcitur induſtriæ præmium eſt, Quintil. *decl. 13.* meum eſt, quod rete atque hami nacti ſunt, *Plaut. Rudent. act. 4. ſcen. 3.* Tertium eſt *Jus Civile*; quo piſcationis jus non modò receptum, ſed magna ex parte reſtrictum atque limitatum eſt, quod ut melius illuceſcat, quaſdam regulas adponam. Quarum I. *Regula: In mari nec dum libera cuivis, (exceptis nautis, qui ad ſuum ſolùm uſum, non verò ut vendant capere poſſunt) piſcandi facultas, ſed à vicinis Dominis ad 100 milliaria inhiberi videmus*, Theſaur. Pract. ad-

auct.

auct. Beſol. *in voce* Fiſcherey/Fiſchfang. Nam Reges, Principes & Populi liberi partem aliquam adjacentis maris externi, inprimis verò illam, quæ internum dici ſolet mare, quale Adriaticum, Balthicum, Britannicum & ſimilia, per longiſſimi temporis uſum, præſertim actus quoſdam poſſeſſorios, e.gr. capturam piſcium, coralliorum, margaritarum, &c. ſibi ita ſubjecerunt, ut exteros ab ejus libero uſu repellere poſſint. Quòd autem tale jus illi ſibi vindicare potuerint, probo ſequentibus fundamentis, (1.) Quia eadem dominii terreſtris, quæ marini, in dictis terminis eſt ratio, *arg.* §. 1. *Inſt. de R. D. l.* 13. §. *ult. ff. de injur. l.* 14. *ff. de A. R. D.* (2.) Quia id experientiâ veteri & novâ exactiſſimè à Seldeno *in mari clauſo l.* 1. *à c.* 8. *uſque ad c.* 20. probatâ, conſtat, de quo etiam lege Conring. *de finibus Imper. German. lib.* 2. *c.* 3. (3.) Quia ſi littora priùs communia à populo vicino & terræ illius domino poſſunt occupari *l.* 3 *ff. ne quid in loco publ. l.* 50. *ff. de A. R. D.* etiam mare ipſum, utpote ejuſdem juris §. 5. *Inſt. de R. D. d. l.* 50. & *l.* 3. *prin. ff. ne quid in loc. publ.* pro certa parte occupari, & ejus proprietas acquiri poteſt, licèt non quoad ſubſtantiam, ſaltem quoad prædictum jus & uſum. Nec obſtant argumenta ab H. Grotio *de mari libero* & *aliis* in contrarium adducta, & partim ex Jure divino & civili, partim à naturali libertate & maris natura, quæ diviſionem & limites vel terminos intermedios reſpuit, deprompta. Quia Sacra Scriptura alio ſenſu Deo maris dominium attribuit, alio verò Jura civilia rerum communium acquiſitionem admittunt, mare contrà in certa ſpatia ratione ſcilicet ad promontoria, inſulas, ſcopulos, brevia, ſyrtes ac climata & gradus cæli habitâ, dividi poteſt, & commercia tandem per talem occupationem ac poſſeſſionem maris non impediuntur, multò autem minùs tolluntur. Et poſtremò mare non quoad corpus vel ſubſtantiam, ſed quoad jus, uſum & proventus ejus, maximoperè autem quoad littora, portus & promontoria, poſſidetur & obtinetur, ac vicini ab horum uſurpatione arceantur, ut taceam æquitatem naturalem exigere, ut Domini tales, pro defenſione & ſecuritate navigantibus præſtitâ, commodum percipiant. plura videri poſſunt apud Pufendorff

in *Elem. Jurispr. univerſ. l. 1. definit. 5. §. 7. & 8.* Bœcler. ad Grot. *l. 2. c. 2. §. 3.* ubi tamen judicium ſuum in definienda illa controverſia ſuſpendit & ſaltem præcognita quædam tradit. II. *Regula. In flumine publico ſine conceſſione Domini territorii non poteſt privatus piſcari;* cùm enim Principes, Comites & reliqui Domini locorum publicorum hoc jus, non ſolum legum conceſſione, ſed & jure quodam ſuperioritatis, juncta prohibitione aliorum, acquiſiverint. *arg. l. litt. 3. ff. ne quid in loc. publ. l. deprec. 9. ff. ad l. Rhod. de jact. l. 2. ubi* Bald. *C. de quadrienn. præſc.* dubium non eſt quin illis quoque in locis piſcationis uſum ſubditis ſuis, ut quilibet privatus in re ſuâ, rectè prohibere poſſint; arg. *l. 2.* ibi: *niſi Imperator vetet ff. de fluminibus, l. 2. in princ. junct. §. ſi quis à Principe 16. ff. ne quid in loc. public.* aliàs enim deterioris juris quàm privati eſſent, quod fieri non debet *l. item veniunt 20. §. privatorum 10. ibiq; Gloſſa. ff. de hered. petit. l. 1. & 2. C. de privil. fiſci.* Hinc non immeritò quæritur: an Domini territoriorum hoc jus piſcandi omnibus conceſſum jure naturali, ſubditis adimere & occupando, alios prohibendo, ſibi acquirere juſtè potuerint? quod affirmandum duco. Nam cùm per occupationem, detentionem & prohibitionem aliorum, id quod primitùs commune ubique fuit, quorundam poſtea factum ſit proprium. *l. ex hoc jure 5. ff. de juſt. & jur. l. in tantum. 6. in prin. ff. de rer. div. l. quod in littore 14. ff. de acquir. rer. dom. l. 3. ff. ne quid in loc. pub.* cur non æquè venandi & piſcandi jus? Pro qua ſententia etiam illa militat ratio, quòd vel ipſa experientia dictitet, hoc jus promiſcuè conceſſum noxium eſſe reipublicæ, hâc enim ratione privati à vocatione ſua, atque ruſtici ab agricultura abſtraherentur magno Reipublicæ damno, *l. 1. in princ. ff. de ſer. Auth. agricultores C. quæ res pignor.* plures rationes videri poſſunt apud Weſenbec. *parat. ff. de A. R. D. n. 7.* Verùm aliquis inſtare poſſet ex iis quæ ſuprà *in hac theſi & theſ. 7.* dicta ſunt, quòd ſi feræ beſtiæ & piſces jure Divino, Naturali & Gentium (quæ tamen jure ſunt immutabilia, *§. 11. Inſt. de J. N. G. & C.*) occupanti cedunt & omnibus ſunt communes, an non Domini territoriorum, qui edictis ſuis venationem & piſcationem prohibent, contra dicta jura faciunt? Sed reſpondetur 1. Principes & Dominos

terri-

territoriorum, dum jus piſcandi quibusdam prohibent, dicta jura non mutare, ſed ſolummodo determinare, quod per jus civile & conſtitutiones Principum fieri poteſt, *l. 6. ff. de juſt. & jure. 2. reſpond.* Piſces & reliqua animantia fera, non eſſe communia poſitivè, quia omnium propria ſint, communis dominii causâ, ſed negativè, quia nullius ſint & jure naturali nullis applicata. Ideò lex humana poteſt ea uni potiùs quàm alteri ex cauſa concedere. Ex quibus infertur, piſcationem jure naturali omnibus permiſſam, ex variis cauſis poſſe per Principem prohiberi, non enim valet conſequentia, hoc eſt jure naturale permiſſum, ergo & lege humana prohiberi non poteſt, cùm multa ſint jure naturæ licita, quæ perpectâ Reipublicæ utilitate, per legem humanam prohiberi poſſunt. Benè autè procedit argumentum hoc: iſtud eſt jure naturę prohibitum. Ergo lege humanâ permitti non poteſt. Hinc cùm Princeps habeat poteſtatem condendi legem, piſcationem prohibere poterit. III. *Regula: in flumine privato ſine domini conceſſione piſcari quis poterit, ſi non in ſpecie à domino prohibeatur.* IV. *Regula: idem juris eſt in ſtagno,* in einem ſtillſtehenden Waſſer oder See/ hoc eſt in loco tali, in quem ex flumine reſtagnat & ſtat aqua: nam cùm piſces in ejusmodi locis degentes non poſſideantur ab eo cujus eſt flumen aut ſtagnum *l. 3. §. item feras* 14. *ff. de acq. vel amit. poſſ.* quem locum de loco privato accipiendum eſſe evincitur ex eo, quòd ſtagnum in *d. l. 3. §. 14.* vendi poterit, quod de loco publici juris dici non poteſt. *§. ult. Inſt. de empt. & vend.* nihil impedit piſces iſtos, non minùs quàm feras aut aves captas, naturali jure occupantis eſſe, cùm ratio in piſcibus eadem militet, quæ in reliquis animalibus, nimirum quod nullius eſt, id naturali ratione occupanti cedere. *§. 12. Inſt. de rer. diviſ.* quod ſecus tamen ſe habet jure conſtitutionis criminalis, de qua *infrà theſ. 14.* V. *Regula: ſi quis piſces capiat in aliena piſcina,* in des anderen Fiſchgrub/ *hoc eſt, ex eo loco, ubi piſces capti ſolent aſſervari & concludi, cuſtodiæ causâ, tunc non fit dominus illorum piſcium: d. l. 3. §. 14. ff. de acq. vel amit. poſſ.* Quamvis enim ejusmodi piſces ſint & maneant feræ naturæ, hoc tamen intereſt, quòd piſcina hominum operâ & induſtriâ; ſtagnum verò & lacus, à natura fiat; item quòd in

piſci-

139.

piſcinam manu atque induſtriâ hominis piſces mittantur, at in ſtagnum, vel ex aliena aqua, aut ex inundationibus importentur, vel in illis naſcantur. Harprecht. *in com. ad §. 12. n. 66. Inſt. de Rer. Div.* Poſſet his etiam alia ratio jungi, quòd per piſcinam quaſi cuſtodiantur & occupati teneantur piſces: cùm enim quodcunque animal captum tamdiu occupantis ſit, quamdiu ab occupante in cuſtodia continetur. *d. §. 12.* cur non & piſces concluſos in cuſtodia ejus cujus piſcina eſt contineri dicerem *d. l. 3. §. 14. ff. de acq. vel amit. poſſ.* VI. *Regula: ſi quis piſcetur in alterius lacu* in des anderen Fiſchweyer/ *hoc eſt in eo loco, ubi piſces habentur, ut multiplicentur & creſcant, is piſces non facit ſuos.* Ratio, quia ſicut feræ beſtiæ, quas vivariis noſtris incluſimus, ita piſces quos lacui incluſimus, & aves quas aviariis incluſimus, poſſidemus, per *d. l. 3. §. 14.* 2. Ratio, quia non tantùm in lacu continentur piſces, die Sätzfiſch/ ſed ex eo & in eo naſcuntur, ſicuti fructus ex terra, ideo quodammodo pars aquæ & inſtar fructuum ſunt. Harprecht *d. l. n. 69.* omnis enim lacuum fructus ex piſcationibus conſtat, *Idem ibid.* ſecus eſt in fundis reliquis, ubi feræ vagantur illi: enim præterea plures alios fructus ferunt & ferarum beſtiarum cauſa non habentur vel comparantur. VII. *Regula: ſi inundatio aqua agros alienos operuerit, quilibet piſcari ibi poterit:* Mynſ. *ad §. 12. n. 6. Inſt. de R. D.* quia antequam piſces ab aliquo apprehendantur, naturali ſuæ libertati relinquuntur, & à nobis non poſſidentur, ſicut nec feræ quæ in ſylvis circumſeptis liberè adhuc vagantur *d. l. 3. §. 14.* Ex modò dictis facilè mihi erit demonſtrare quinam piſcari poſſint: & quidem ſecundùm ea, quæ jam prolata ſunt. jus Gentium neminem prohibet piſcari, *§. 12. Inſt. de Rer. Div. l. 1. §. 1. l. 3. ff. de acq. rer. dom.* Jure verò civili piſcari poterit. (1) *Dominus* liberè in flumine proprio citra ullius prohibitionem *l. quæſitum 12. §. ſi in agro. 12. l. fundo legato 22. ff. de inſt. vel inſtr. leg. cum ſimilibus.* (2) *Bona fidei poſſeſſor*, bona enim fides tantundem poſſidenti præſtat quantum veritas *l. bona fides 136. ff. de R. J.* & quod fructus attinet, loco domini eſt, arg. *l. bona fidei 48. in princ. ff. de acq. rer. dom. §. ſi quis à non domino 35. Inſt. de R. D.* (3) *Uſufructuarius*, etiamſi in ſpecie uſufructuario jus venandi & piſcan-

di

di conſtitutum non ſit, ſi modò ex venatione conſtet, *l. venationem 26. ff. de uſur. l. 9. §. 5. l. 62. ff. de uſufr.* (4) *Omnis ille qui jus piſcandi in flumine aquisq́; alienis conſtitutum habet*, ſive ex contractu ſive alio in jure approbato modo. *Coll. Jurid. Arg. theſ. 12. n. 1. in fin. de acq. rer. dom.* (5) *Reliquæ perſonæ poſſunt à modo dictis perſonis prohiberi, ne venandi, aucupandi aut piſcandi gratiâ, fundum ingrediantur*, in quo ſcil. nullum jus habent. *§. 12. Inſt. de R. D.* & ſi nihilominus id fecerint, tenentur actione injuriarum *l. 13. §. ult. ff. de injur.* quamvis capta ſua faciant. (6) *Clericus*, qui, quamvis aliàs à venatione in ſpecie dicta arceatur, ad piſcandum tamen admittitur. *Cap. 1. & 2. X. de Cleric. venat. cap. 1. ne cler. vel monach. can. 1. & 2. diſtinct. c. 34.* Ratio diverſitatis eſt, quia piſcatio, jus magis licitum & ſpectaculum minùs cruentum. Mohr de Nigromont. *in tract. de jur. venand. part. 1. cap. 1. n. 17.* Harprecht. *d. §. 12. n. 87. Inſt. de R. D.* Weſemb. *in par. ff. de acquir. rer. dom. n. 7.* Studioſos tamen à piſcatione excludit. Mohr. *d. tract. part. 2. cap. ult. num. 39.* quæ tamen ejus ratio extendi poſſet ad omnes, qui ordinariâ vocatione relictâ piſcationi nimium vacant, ſecundùm vulgare illud proverbium:

Per piſces & aves multi periêre Scholares.

Fiſch fangen und Vogel ſtellen verderben manchen guten Geſellen.

Semper enim uſum ab abuſu diſtinguendum eſſe conſtat, Mohr. *ibidem n. 38.* Hæc de *causâ efficiente remotâ*. *Proxima* verò *cauſa efficiens* conſiſtit in *voluntate conſtituentium piſcationem*, quæ eſt vel *expreſſa* vel *tacita*. *Expreſſam voluntatem* quod concernit, vel *jus piſcandi conjunctum* eſt cum alio, *jure* purà *dominio, ſervitute, &c.* & conſtituitur, tanquam acceſſorium quid, iiſdem modis, quibus *dominium, ſervitus, &c.* vel eſt *ſeparatum*. *Separatum* verò iterum dupliciter, aut inducitur *obligatio ad piſcationem conſtituendam*, aut *ipſum piſcationis jus*: prius contingit rurſus duobus modis, vel *enim inter vivos*, ut pactionibus atque ſtipulationibus. *arg. §. 4. Inſt. de ſervit. præd. §. 1. Inſt. de uſufr.* item emptionibus, venditionibus, &c. *arg. l. ult. ff. de ſervit. l. ſi à te 16. ff. Si ſervit. vind.* vel in *ultima voluntate*, veluti ſi alicui piſcatio legetur, *arg. d. §. 4. Inſt. de ſervit. præd. §. 1. Inſt. de uſufr.* Ipſum *jus piſcationis* conſtitui-

tur duobus modis,ut cætera quoque jura incorporalia, *uſu* vel *ſolo*,*arg.l.ſi quis diuturno*,10.*ff.ſi ſervit. vind.* vel cum *patientia* ipſius domini *conjuncto* fac.*l.ſi ego emi* 11. *§.*1.*ff. de Publiciana in rem act.* hæc enim in acquiſitione jurium pro traditione eſt. *l.* 1. *§. final. ff.de ſervit.præd.ruſt.l. ult. ff. de ſervit. Tacita voluntate*, ut *præſcriptione*,arg.*l. alienationis verbum*,28.*ff.de V.S.* His obſtare videtur, quòd venari,piſcari,rebus meræ facultatis annumerentur, quas præſcribi non poſſe,communis eſt Dd.opinio,Roman.*commun. concluſ.lib.*5.*tit.de præſcrip.concl.*10.*num.*1.*per l.viam publ.*2.*ff. de via publ.*Weſenbec.*in paratit.ff.de uſuc.n.*10.Mynſing.*cent.*1.*Obſervat.* 16.Baldus *in tract.de præſcript.* Verùm reſpond. hoc ita demum procedere,ſi nulla prohibitio intervenerit,hâc enim interveniente etiam res meræ facultatis præſcribuntur, dummodò ille qui prohibitus eſt, per tempus lege determinatum in prohibitione illa acquieverit,per *l.ſi quis diuturno* 10.*ff.ſi ſervit.vind.l.hæc autem* 6.*ff.de ſervit.præd. urban.* & in ſpecie de piſcatura videtur eſſe text.*l.ſi quiſquam* 7.*ff.de diverſ.& tempor.præſcrip.* Cùm itaque Domini territoriorum ſubditis prohibuerint venationis aut piſcationis exercitium,illi autem non contradixerint, ſed prohibitione factâ acquieverint,dubium non eſt ipſum jus quoque præſcriptum,ſubditis ademptum eſſe, Georg. Mohr.de Nigromont. *de jure venandi part.*2.*cap.*1.*num.*14. Idque eo magis cùm hi immemoriali præſcriptione gaudeant, ut ita non fruſtranea videatur eorum diſtinctio, qui putant venationis & piſcationis jus ad exemplum aliorum jurium atque ſervitutum cum titulo præſcribi 10.annis inter præſentes,20.inter abſentes,per *l.ult.C. de præſcrip.longi temporis*, ſine titulo,tempore immemoriali. Huc etiam applicari poteſt diſtinctio à Dd.tradita, quòd cum territorio præſcribatur 10.annis inter præſentes, 20. inter abſentes, ſine territorio 30.annis.Nec his adverſatur *l.uſucapionem* 9.*l.præſcriptio,in princ.ff.de uſurp.& uſuc.l.viam publicam.*2.*ff.de via publica.* Ibi enim ſolus quis viâ publicâ uſus,aut ſolus piſcatus eſt,abſque aliorum prohibitione atque patientiâ,ut cœteros iiſdem rebus uti volentes jure præſcriptionis excludere non poſſit. Ad præſcriptionem enim rerum meræ facultatis non ſimplex uſus

ſuffi-

Digitized by Google

ſufficit, ſed inſuper etiam prohibitio & adverſarii abſtinentia, ſive tacitus conſenſus, per tempus lege definitum requiritur. e. g. Titius pluribus annis ſolus in fluminis publici diverticulo piſcatus fuit & alios piſcari ibi prohibuit, ſicq; ſibi ſoli acquirit jus piſcandi, ſi enim non prohibuiſſet, quamvis frequentiſſimè & licèt tot annis ſolus piſcatus fuiſſet, non acquiſiviſſet jus ad alios prohibendos, ne poſſent piſcari.

X.

4. *Materiam piſcationis* quod concernit, ea eſt vel *in qua* ſeu *ſubjectum*, vel *circa quam* ſeu *objectum*. Eſt autem *ſubjectum piſcationis aqua*, ubi aquatilia v. g. piſces & reliquæ res piſcationi obnoxię degunt, quæ eſt vel *ſalſa* ut *aqua marina*, quam à ſalſedine ſive amaritudine *maris* nomen tuliſſe putat Cæpolla *de ſervit. ruſt. cap. 26. n. 23.* poſt Bart. *in tract. de inſul. in pr.* Definitur autem *mare* quòd *ſit collectio multarum aquarum ſalſarum*. Bart. *in d. tr. cit. loc.* Sebaſt. Medices *in tract. de venat. piſc. & aucup. in praef. n. 7.* Georg. Mohr. *in tract. de iure venand. part. 1. cap. 6. n. 2.* *Mare* dividi ſolet in *totum*, quod eſt *Oceanus* ſive *mare* illud *magnum*, à Geographis *externum* dictum ideo, quia orbem illum ſaltem externè cingit, & non intrat: & *partes*, quæ ſunt *maria particularia*, à Geographis *interna* appellata. *Mare* illud *magnum* ſive *Oceanus* in ſpecie ſic dictus eſt: *quicquid aquarum coeuntium totum terrarum orbem ambit*, ſeu *ambitu ſuo includit*. Ubi notandum, Veteres ambitum illum ſaltem per conjecturas & probabilitatem ſtatuiſſe, nobis verò illum beneficio navigationum per Oceanum meridionalem circùm orbem terrarum factarum, ab illa parte abundè notum eſſe, licèt per Oceanum ſeptentrionalem ob immenſum frigus & glaciei reſiſtentiam navigatio ſimilis perfici hucusq; non potuerit, de quo legi poteſt Horn. *in praefat. ad arcam Noa.* Dividitur hoc mare ſecundùm peritiſſimos navigatores & Geographos hodiè pro diverſis mundi plagis, quas tangit, in *mare Septentrionale*, vulgò *mar del Nort*, *Meridionale* (certo tamen ſaltem reſpectu) *mar. del Zur* ſive pacificum; *Mare Occidentale* ſive Æthiopicum, *mar del Ethiopia* & *mare Orientale*, *mar del India*, de quo legi poteſt Matt. Beer. in *obſervat. ad Enchiridium ſuum*

Geograph.

Digitized by Google

Geograph. & Ricciolus *in Geograph. ac Hydrogr. reformata l.* 1. *c.* 12. *& ſeq. Maria particularia* ſive *interna* ſunt, *quæ ex vaſto illo Oceano per freta vel aliàs terræ gremium quaſi ingrediuntur, & à regnis vel provinciis, quæ & quas alluunt, denominationem accipiunt:* quale eſt inter *primaria, Britannicum, Gallicum, Germanicum, Æthiopicum, Tartaricum, Magellanicum*: inter *ſecundaria, Adriaticum, Tyrrhenum, Balthicum, Sarmaticum, Pontus Euxinus,* & ſimilia, de quibus legi poteſt Merula *in diſſert. de maribus c.*7. Cluver. in *Geogra. l.* 1. *c.* 12. & Weigelius in *ſpeculo terræ c.* 1. nec non Ricciolus *in dic. op. l.* 1. *c.* 12. *& ſeq.* Addi his ſolet *mare Caſpium,* quanquam illud ſuperficialiter à magno illo Oceano non egrediatur, attamen, ut nonnulli opinantur, & inter illos Kircherus *in mundo ſubterraneo & in itiner. Extatico mundi ſubterr. dial.* 3. *c.* 2. per cryptas & ſubterraneos meatus cum Oceano coire creditur. De quo etiam legi poteſt Stypman. *de jur. marit. p.* 2. *c.* 6. *n.* 16. *& ſeqq.* ac Ricciolus *d. l.* 1. *c.* 12. *f.* 10. & hæc de aqua ſalſa. *Dulcis,* eſt *aqua fluminum, lacuum, ſtagnorum. Flumen* diſtinguitur. (1) *Ratione accidentium in Publicum, quod perenne eſt, ſive perennem aquarum decurſum habet* unde vocatur etiam *perenne l.* 1. *§.* 3. *ff. de flum.* & *Privatum* (quod etiam *torrens* appellatur, à torreo, quod ſignificat ſiccare, atque arefacere. Cæpolla *tit. de torrente cap.* 38. *n.* 1.) *quod non ſemper fluit, & plerumque operâ humanâ ad privatum uſum factum eſt.* Bart. *in tract. Tyberiad. cap.* 5. *in pr.* Cæpolla *de ſervit. ruſt. cap.* 31. *&* 32. *n.* 1. *&* 2. Sebaſt. Medic. *de venat. piſc. & auc. in praef. n.* 8. Noe Meur in dem Waſſerrecht *part.* 1. *p. m.* 5. Aliter Claudius Mallivilleus *in reg. d. aq. & ſylv. conſt. art.* 89. Is enim *flumen publicum* dicit, quod ad certam circumincolentis populi multitudinem refertur: *Privatum* verò, quod agris ſingulorum, id eſt privatorum, continetur. Huic diviſioni *fluminum* in *publica* & *privata* obſtare videtur *§.* 2. *Inſt. de rer. diviſ.* ubi dicitur: quòd omnia flumina ſint publica: ſed reſp. quando in *d. §.* 2. dicitur: omnia flumina eſſe publica, hoc debere accipi (ut cum Doctoribus loquar) cum mica ſalis, hoc eſt, ſubauditâ particulâ *penè*, ex *l.* 4. *in §. ff. de R. D.* ſubaudi *perennia d. l.* 1. *§. fluminum* 3. *ff. de flum.* quæ particula aliis quoque locis ſubaudiri debet. Sic enim in

Digitized by Google

§.1.proœm. Inſt. Juſtinianus ait: omnes populos legibus à ſe promulgatis, vel compoſitis regi: quia penè omnes ſunt illius ſubjecti, & in *§.1.Inſt.de jur.nat.gen.* dicitur: jus gentium apud omnes peræquè cuſtodiri, quia ferè omnes illo utuntur, *can. jus gentium* 10.*diſt.*1. Item in *§.1.Inſt.de donat.* dicitur: mortis cauſa donatio per omnia comparari legatis, & mox in *eod.§.* dicitur comparari ferè per omnia Similiter in *§.1.Inſt.de obligat.quæ quaſi ex cont.* dicitur: neminem eſſe curaturum abſentis negotia, niſi impenſas poſſit repetere, quia pauci hoc facerent, quidam tamen facerent, nempe qui donandi cauſa dicuntur negotia gerere *l.1.l.alimenta* 11. *l.qui uxorem* 13. *& l.ſi patrono* 15. *C. de negot. geſt.* Item in *§.& ſi in rem* 2.*Inſt.de offic.jud.* Imperator ait: eadem circa fructus intervenire in rei vindicatione & hereditatis petitione, deinde ſubjicit: eandem penè rationem habere. *Publica flumina* ſubdividuntur in *navigabilia, quæ navigationi ſunt apta,* & *non navigabilia, quæ illam ſive ob brevem aquam, ſive alia impedimenta puta virgulta, ſaxa, fundum paluſtrem & ſimilia, impediunt.* (2.) *ratione ſubſtantiæ, in totum,* quod eſt flumen ipſum cum omnibus ſuis partibus heterogeneis, & *ſuas haſce partes,* quæ ſunt alveus, aqua profluens, ripæ inſulæ. Magna Europæ noſtræ flumina mare intrantia recenſere non erit inutile. Itaque *in Germania* ſunt *Danubius,* qui decem vel octo milliaribus ſupra Ulmam in pago Doneſchingen in Sylva Hercynia ſito oriens, ſecundùm Cruſ. *p.1. Annal.l.6.c.9.p.*153. Birckenius *in tract.ſingulari de Danub.* hujus magnitudinem celebrat. Ovid.*l.4.de Ponto El.*10.

Innumeriq; alii, quos inter maximus omnes,
Cedere Danubius ſe tibi, Nile, negat.

Rhenus (quem tamen alii & inter eos Meurer *in tract.de Rheno,* Danubio præferunt, ſecundùm vulgatum rhythmum:

Aller Waſſer König der Rhein/
Die Donau ſoll ſein Gemahlin ſeyn.

In Alpibus Rhæticis ſcaturiens multas præſtantiſſimas civitates alluit, ac multis amnibus in gremium receptis, mari Germanico ſe ingerit. Guicc. *in Belgio in deſc.gener.de flumin.* cui adde Freher.*p.2.origin.Palatin.* *Albis,* qui in Bohemia ad confinia Si-

leſiæ in montis Gigantei valle ex undecim fontibus ſcaturiens, celebres urbes in Miſnia & Saxonia inferiori lambit, & 18. milliaribus ab Hamburgo magnâ aquarum vi mare Germanicum etiam intrat: de ejus ortu vide latè Schickfuſ. *in Chron. Sileſ. l.4. c.4.* *Viadrus*, qui in confinibus Sileſiæ & Moraviæ *teſte eod. &* Henelio *in Sileſiogr. cap.3.* oriens & in Pomerania divas magnas inſulas, nempe Uſedomiam & Wolliniam conficiens, magnâ voragine in mare Balticum ſe ingurgitat: de quo legi poteſt Frideb. *in deſcript. Stetini l.1.p.18. & ſeqq.* & Micrælius *in Pomerania, lib.1.p.32.* *Viſurgis*, qui in Thuringiæ finibus ſcaturiens curſum ſuum per Weſtphaliam potiſſimùm dirigit, & paucis milliaribus à Brema Oceano Germanico ſe miſcet. *Amaſia*, in Comitatus Ritbergenſis & Epiſcopatûs Paderbornenſis confinibus propè Paderbornam ortus, infra Embdam ad oppidum Delfzyel mari Germanico miſcetur. Ubbo Emmius *l. 2. Rer. Friſic. f. m.24.* *Eudora*, prope Neumunſter ſcaturiens & per Dithmarſiam currens, magno oſtio ſe mari Germanico ingerens. Plura vide apud Fidlerum *de fluminibus Germaniæ*, Ricciol. *in Geogr. & Hydr. reform. l.10.c.7. ſect.11.* & Fournier in *Geogr. Orb. Notit. l.4.* In *Italiâ* celebriora ſunt *Tibris*, qui in jugis montis Apennini oriens & Romam ſecans, quinto decimo ab illa lapide duobus oſtiis, ad quorum unum oppidum Oſtia exſtructum eſt, mari Tyrrheno ſe inſinuat, Plin. *l.3.c.5.* Henzn. *in Itinerario p.m.274.* *Padus*, natales ſuos monti Veſo vel Veſulo ſecundùm Capellam *l.6. ſub Italia* in finibus Ligurum debens, non procul à Patavio labitur, mare Adriaticum intrat Baudrand. *p.2. Lexici Geogr f.26.* necnon Allatius *in Eridano.* *Atheſis*, qui in Comitatu Tirolis ex lacu Gravenſi oriens, Veronam interſecat & inde fluviorum poſt Padum maximus evadens, prope illum in mare Adriaticum delabitur, Cluver. *in Introd. Geogr. l.3.c.11.n.4. & c.31.* Stumpfius *in Chron. Helvet. l. 10.c.6.* *Arnus*, qui ex Apennino ad Falteronam prodiens Florentiam & Piſas interlabitur, ac infra has in mare Tyrrhenum haut procul Ligurno portu ſe ingerit. Pflaumern in *Mercurio Italico ſub Florentia p.m.100.* De quibus & aliis vide Ricciol. *d.c.10. ſect.7.* In *Hiſpan.* *Iberus* in Cantabris oriens

Digitized by Google

ens per Caſtellam veterem & Arragoniam, Navarram quoque attingens inter Catalauniam & Valentiæ Regnum delatus, apud Dertoſam oppidum: à mari excipitur Mediterraneo, tam longo curſu, ut teſte Plinio. *l.* 3. *c.* 3. oſtia ejus à fonte diſtent 450. millia paſſuum, ob ejus celebritatem univerſa Hiſpania Iberia dicta eſt. Buno *ad Cluverii introd. Geograph. l.* 2. 4. *n.* 1. *Tagus* ex monte Oreſpedâ oriens per Toletum Olyſſiponem & alias civitates tractu longo 440. mille paſſus conficit, antequam in Oceanum Atlanticum ſe exoneret. Vaſænus *in Chron. Hiſpan. f. m.* 454. *Batis*, in Argenteo monte ortus & multas civitates prælapſus Oceano Gaditano ad fanum Luciferi miſcetur. Bornmeiſt. *in Pharo Geograph. Hiſpan. c.* 2. §. 4. *lit. n. Anas*, originem debet vaſtis ſtagnis in Laminitiano agro. Plin. *l.* 3. *Hiſt. Nat. c.* 1. & Luſitaniam à Bætica disterminat, poſteaque in ſinum effunditur Gaditanum, in terræ cuniculos ſe condere, & poſt octo milliaria iterum erumpere; magis ex vulgi opinione, quàm rei veritate creditur, *Id. ibid.* ſicut illud etiam à multis recentioribus Scriptoribus negatur, de quo lege Ortelium *in Geogr.* contra quos verò Baudrand. *in Lexic. Geogr. f. m.* 39. ſcribit: illum ſe tantùm ſpacio unius leucæ in terram abſcondere. *Durius*, fluviorum Hiſpaniæ maximus, Luſitaniæ terminus, in Pelendonibus apud Numantiam exciſam ortus, Plin. *l.* 4. *c.* 20. rapidiſſimo decurrit tractu per 100. leucas, & tum in Oceanum ad Portam urbem defertur, Conneſt. *de coniunct. Portugalliæ p.* 17. De quibus omnibus legi poteſt Hieronymus Paulus *de Flumin. Hiſp.* & Ludov. Nonius *de iiſdem.* In *Galliâ*, *Rhodanus* in Lepontiis ex Alpium jugo non procul à Rheni fontibus oritur, & per Lacum Lemannum ac Allobroges fluens, Lugdunum, Viennam, Valentiam, Avenionem ac Arelatum tangit, ac inter tres maximos Europæ fluvios computatus, in mediterraneum mare ſe exonerat, Cluver *l.* 2. *c.* 12. *n.* 6. *in Geogr.* & *ibi* Buno *lit. e.* Bornmeiſt. *in Pharo Geograph. Galliæ c.* 1. *lit. n.* *Garumna*, in Pyreneis montibus oriens, infra Burdigalam oſtio ferè duarum leucarum mari ſe miſcet Aquitanico, Hentzn. *in Itiner. p. m.* 56. de cujus utilitate legi poteſt Gölnitz in *Itiner. p. m.* 587. & *ſeq.* & Fournier *in Geo-*

graph.

graph: Orb. Notit. l.6. c. 32. *Ligeris*, è Cemmenis montibus in Arvernorum finibus ſe prodens, perq; Aurelianos, Turones & Nannetes currens, in Oceanum Aquitanum magno impetu ſe exonerat. Id. Fournier *d. l. 6. c. 23.* *Sequana*, Burgundiæ natales debens inter alias civitates, Lutetiam Pariſiorum perfluit, curſumq; versùs Rotomagum dirigens infra illud Oceano Britannico ſe ſociat, portu egregio *Haure de grace* dicto ibi conſtituto. Thuan. *l. 42.* Raymundus Marlianus in *Veter. Gallia locor. deſcript.* & Fourn. *d. l. 6. c. 15.* *Scaldis*, in Veromanduis ortus inter Arteſiam & Hannoniam per Flandriam & Britanniam infra Antverpiam in Oceanum decurrit, Cameraco, Valencenis, Tornaco, Gandavo & Antverpiâ urbibus rigatis. Plura de Galliæ fluminibus vide apud Coroſetum *in ſpeciali tractatu*, uti etiam Champerium *in ſimili*, Fournier *lib. 6.* uti etiam Maſſonum *in ſpeciali tractatu de illis ſcripto.* *In Angliâ* & *Scotiâ* *Tameſis*, exiguis natalibus jam prope Londinum tanta fertur profunditate, ut naves cum malis ibi demergi poſſint, inde milliaria 60. conficiens, mari miſcetur. Camden. *in Britann.* ſub Provinciâ Bercheriâ & Sutriâ, Fourn. in *Geogr. lib. 6. c. 20.* Henznerus in *Itiner. p. m.* 114. *Humber*, qui referente Ricciolo *d. c. 10. ſect. 10.* plurima flumina longo tractu deglutiens æſtum ſentit ad 100. milliaria, eſtque tam vaſtus, ut non fluvius, ſed brachium Oceani videatur, & Rex eſt fluviorum Angliæ. *Sabrina*, tertium locum inter flumina Anglicana obtinens & ampliùs quàm 250. milliaria currens, *ſecundùm eundem d. l.* Plures *vide ibidem.* *Suecia* & *Dania* magnis fluminibus non ita claret. In *Polonia* ſunt, *Viſtula*, quæ in ducatu Sileſiæ Teſchinenſi orta, Cracoviam, Varſoviam & Torunium prætermeans, & amni *Nagot* ſe aliquâ ex parte ſocians, inſulam magnam, das Marienbergiſche Werder, conficit, ac ad locum das Haubt dictum, ſe iterum dividit, ac à ſiniſtrâ parte versùs Dantiſcum currens, loco, qui *Viſtulamunda* nuncupatur, à dextra parte inſulam Neringam lambens, in ſinum Codanum ſe effundit, Buno ad *l. 3. Cluverii c. 5. n. 1.* *Boryſthenes*, olim *Danaprus* dictus, ut ex hiſtoricis Græcis conſtat, & docet Petavius in *not. Chronol. ad Nicephori Patriarcha Breviarium Hiſtor, p. 153.* & ex Imperat. Conſtantino

Digitized by Google

de Adminiſtr. Imper. In Ruſſia ex magnis vaſtisque paludibus, qui candidi lacus dicuntur, prope Smoleaskium ortus, poſt longa confecta ſpacia in *Pontum Euxinum* per multas cataractas & ſcopulos maximâ aquarum vi labitur, poſt Jornand. *de rebus Gothicis*, Paul. Jovius *de Legat. Moſcovit.* & Buno *ad Cluver. l. 4. c. 22. n. 2.* nec non Ricciol. *d. c. 10. ſect.* 11. *Chronus*, Germanicè die Memmel dictus, in Ruſſiâ albâ ortus, per Lithuaniam partemq; Samogitiæ decurrit, Grodnam aliaque oppida alluit, ac porrò in *Lacum Curonenſem*, das Curiſche Haff/ ad Caſtrum Electorale Brandenburgicum, die Memel dictum, influit, Buno *ibidem*, *Rubo*, Germanis die Düne dictus, in Ruſſia oritur & infra Rigam, quam alluit, mare Balthicum vel Sinum Codanum intrat, Buno *ibid.* In *Boruſſia Ducali*, *Pregelus* in Lithuaniâ ortus & Regiomontem interfluens in Lacum aquæ dulcis, das friſche Haff/ ſe exonerat, Zeill. *in contin. Itin. c. 24.* In *Moſcovia, Wolga*, antiquitus *Rha* dicta, è dictis magnis, vaſtisque paludibus, qui candidi lacus, referente Jovio *d. l.* appellantur, itidem oriens, vaſto circuitu ingentibusq; mæandris, &, ut Herberſt. in *rebus Moſcoviticis f. m.* 100. refert: ſeptuaginta pluresq; inſulas facit, totidemque ferè oſtiis Caſpium mare tanta aquarum copia ingreditur, ut procul ſpectantibus mare eſſe videatur, & hæc dicta ſint de *fluminibus*. Sequuntur *Lacus* & *Stagna*, quæ inter ſe differunt, quòd *Lacus* dicatur, qui *perpetuam habet aquam, l. unic. §. lacus 3. ff. ut in flum. publ. navig. lic.* adde *Gloſ. in l. foramen §. v. lacus ff. de S. V. P. Stagnum* verò, *quod temporalem tantùm ibi ſtagnantem continet aquam*, quæ quidem aqua plerumque hyeme cogitur, *d. l. 1. §. ſtagnum* 4. Cæpolla de *ſerv. ruſtic. c. 30. n. 1.* Medic. *de venat. piſc. & auc. in præf. n. 9.*

XI.

Conſiderato *piſcationis ſubjecto*, conſiderandum nunc etiam ſe offert ejuſdem *objectum*, & ſunt omnes res in aquis exiſtentes, à nemine adhuc poſſeſſæ, & quæ à nobis acquiri poſſunt, ſive ſint res *inanimatæ*, ut margaritæ, lapilli, gemmæ, &c. ſive *animatæ*, ut aquatilia, & inter ea præſertim *piſces*, unde autem nomen *piſcis* deſcendat, & quænam ſit ejus Etymologia, inter Doctores non convenit. Nonnulli enim *piſcis* dicitur quaſi *paſcis*, quia paſcit

 ho-

449.

homines uti, & pecus, quod & ipſum propterea à paſcendo, quaſi *paſcus* dicitur. Ita de utroque Iſidorus *lib.* 12. *cap.* 6. ſed uti iſta nec aſſis ſunt, ita vera nominis ratio ſatis eſt obſcura. Alii verò (ut G. Joh. Voſſius *in Etymologic. Linguæ Latinæ in voce piſcis*) veriſimilius derivant à πίω, unde πίσκω, & κατ' ἀναδιπλασιασμὸν πιπίσκω. Πιεῖν eſt bibere, πιπίσκειν autem διδόναι πιεῖν; Ratio, quia piſces in humido ſemper elemento agunt, ita ut perpetuò bibant. Quidam, qualis eſt Martinius, deducunt à Chald. *Pſaki, defecit*, nempe quia *piſces* quodammodo mutili videntur, quippe ἄποδες. Indigitatur autem nomine *piſcis* ſignum cœleſte, ita Columella *lib.* 11. *cap.* 2. *quintodecimo Calendarum Martii Sol in piſces tranſitum facit*: & alibi, *quarto Nonas Septembris piſcis Auſtrinus deſinit occidere*: & Virgil. *lib.* 4. *Georgic.*

Aut eadem ſydus fugiens ubi piſcis aquoſi
Triſtior hybernas cœlo deſcendit in undas.

Propriè tamen venit animal, quod in aquis degit, pinnulas habet & ſquamis tegitur, Plin. *lib.* 9. *cap.* 12. quamvis in communi loquendi uſu, latiùs etiam accipiatur, atque anguillas, tincas, aliaque ſimilia aquatilia glabra complecti videatur, quæ non à Venere (quam in Syriæ flumen Euphratem ſe conjeciſſe atque ita piſcis formam aſſumpſiſſe Poëtæ fabulantur) deſcendiſſe, ſed à Deo Optimo Maximo, quinto creationis die producta eſſe, ex *Gen. c.* 1. *v.* 20. *&* 21. piè credimus. In piſcibus autem conſiderantur tria: 1. *partes propriæ.* 2. *diſtributio.* 3. *ſpecies.* *Partes* piſcibus *propriæ* ſunt 1. *Pinnæ*, die Federen am Fiſch/ quæ alis avium proportione, reſpondent, in dorſo, ventre ad latera, podicem & caudæ extremum, his enim & remigant & incitant, propelluntque ſe. Differunt multipliciter, magnitudine, ſubſtantiâ, figurâ, colore, numero, exceſſu, defectuque. 2. *Squama*, Schüppen/ piſcibus ſquamoſis præſtant, quod avibus pinnæ. 3. *Palatum carnoſum*, die Zung/ eſt piſcibus vice linguæ. 4. *Branchiæ*, Fiſchoren/ ſunt veluti pili, denſè confertimque ad oſſeam baſim diſpoſiti, & præfixi cordi, ut aqua ſpirituque (qui aquæ permixtus eſt) acceptis, redditisque cor ipſis incluſum refrigerent. Balenæ his & Delphini carent, quòd fiſtula ad pulmones pertingente ſpirant.

5. *Spina*

5. *Spina*, Gredt in den Fiſchen/ carnem fulciunt & continent: ideò oſſibus terreſtrium animantium proportione reſpondent, carent his beluæ marinæ & cartilaginei piſces. Hi enim ſpinarum loco cartilaginem, illæ oſſa habent. 6. *Chelæ*, die Krebs-ſcheren/ brachia ſunt cancrorum, denticulatis forcipibus, quarum inferior mobilis, ſuperior immota: reliquas partes piſces cum animantibus cæteris communes habent.

2. *Diſtributio piſcium.*

- **I. *Piſces alii***
  - *generant vel*
    - *animal.*
    - *ova*, der Rogen/ *in hoc genere, piſces qui habent*
      - *ova, femellæ ſunt.*
      - *ſemen candidum lacteſcens, ſed craſſum compactumq́, Germanis* die Milch *ſunt mares.*
  - *Non generant.*
- **II. *Aquatilia degunt vel in***
  - Aquis tantùm *partim ſunt*
    - Sanguine prædita, *quæ pinnas & ſquammas*
      - *Habent & propriè piſces dicuntur, partim*
        - Marini
          - Πελάγιοι, *qui in profundo maris ſummi procul à littoribus verſantur.*
          - Littorales, *qui littora terraq́ propinquas ſedes petunt, & poſſident.*
          - Saxatiles, *qui ad ſaxa, rupes & ſcopulos, vel in mari ſummo extantes, vel in littoribus imminentes degunt.*
        - Fluviatiles.
        - Lacuſtres.
        - Paluſtres.
      - *Non habent.*
    - Exanguia *quæ ſunt*
      - *Mollia*
      - *Dura*
        - *Cruſtata.*
        - *Teſtacea.*
  - Aquis & terra, *ut amphibia: ut Crocodilus, Rana, &c.*
- **Πελάγιοι *rurſus ſunt***
  - Cetacei, *ut Balæna, Delphin, Phyſeter.*
  - non Cetacei
    - Corpulenti *& craſſi*
      - Lati ſquamoſi, *ut aurata, coracini, aloſa, mugiles.*
      - Rotundi *rubeſcentes, vel*
        - Squamoſi, *ut mulli, corvi.*
        - *ſine Squamis.*
    - Plani *lati paſſerini, quorum alij*
      - Spinoſi *ut rhombi, ſoleæ, paſſeres*
      - Cartilaginei, *quorum alii*
        - Plani, *ut raia, torpedo.*
        - Longi, *ſub quibus muſtellarum genera complectitur Ariſtoteles, pinguedinem & ſevum habentes, rotundi, & ſerpentibus ſimiles, ut murena, lampreta, congri, acipenſeres.*

Digitized by Google

Fluviatiles ſunt, qui flumina, rivuloſque incolunt, procul à mari, Flußfiſch.

Lacuſtres, Seefiſch/ ſunt, qui in lacubus degunt naturâ vel arte factis, ſtagniſve aut maris aut fluminum decurſu perfluxuque impletis, aut remotis à mari & fluminibus. Sic in Germania ſuperiore eſt Lacus Brigantinus ſeu Podamicus, qui ſingulis anni menſibus nova piſcium genera copioſè ſuppeditat. Vid. Greg. Mangoldus in *Tract. de piſc. Lacus Podam.*

Paluſtres, qui loca ſordida & cœnoſa & paludes, exundatione fluminum, alluvione aut torrentium impetu cavatas impletaſque amant.

Piſces ſine *pinnis* & *ſquamis*, ſed corio vel cute tecti, ſunt balenæ, phyſeteres, vituli, lepores, porci, canes, muſtelæ, lampetræ, congri ſeu anguillæ marinæ: paſſeres, ſoleæ, aſelli, rajæ, xiphiæ, &c. Horum omnium uſu Judæis interdictum fuit.

Molles, ſunt polypi, ſepiæ, loligines: quos unâ voce Germani vocant Blackfiſch/ ab humore atramento ſimili, quem loco ſanguinis habent, qui Germanis Black dicitur.

Cruſtacei, ſunt carabi, cancri, locuſtæ (quibus Joh. Baptiſta veſcebatur) aſtaci, ſquillæ.

Teſtacea, Schnecken/ *ſunt oſtrea quæ teſtam habent*, Schneckenhaus/ Muſchel parte vel

- altera: *adhærent enim altera parte ſcopulo loco teſta: ut patella.*
- utraque *quæ ab utraq; parte teſtam habent & in ea latent, vel ſolo capite exerto, vel utrimq; ab extremis extans partim,*
  - Turbinata, *propriè* Schnecken/ *quorũ teſta helicum ductu implexuq; orbiculatim intorta ſunt mirabili artificio.*
    - Marina, *inter quæ recenſentur, purpura, buccina, murices, quorum ſanguine antiquitùs purpurâ tingebatur: Germani vocant* Purpurmuſchel/ *item margaritifera*, Perlenmutter.
    - Terreſtris.
  - Non Turbinata *vel*
    - *quæ* univalves habent teſtes.
    - *quæ* bivalves, *ut tellines, chamæ, (quarum copia eſt in Oceano Germanico ad Hollandiam) pectines & pectunculi (Germanis propriè* Muſchel*) conchæ propriè ſic dictæ.*

3. Se-

3. Sequuntur *ſpecies piſcium*, & quidem *aquatilia* quædam *marina*, inter quæ 1 *Purpura*. 2. *Murex*, cochlea eſt maris. Ovid.

Nec quæ de Tyrio murice lana rubet:

3. *Concha* origo & genitura, in qua ſunt margaritæ, haud multùm eſt oſtrearum conchis differens: naſcuntur autem margaritæ in Arabico mari. Hinc Plinius: *præcipuè laudantur margaritæ circa Arabiam in Arabico ſinu maris rubri*. Et JCtus. Ulpianus *in l. cum aurum* 19. §. 18. *ff. de auro argento mundo*, ait: *Margaritas nec gemmis nec lapillis continentur, quia concha apud rubrum mare & creſcit & coaleſcit*. 4. *Murana*, quam tradunt tantùm fœminei ſexus eſſe & concipere è ſerpente: ob id à piſcatoribus tanquam à ſerpente ſibilo evocatur & capitur. 5. *Ceſtreus*. 6. *Polypus*. 7. *Sepia*, Meerſpin & *Loligo*, è quibus *Sepia* latior, *Loligo* longior eſt, hæc rubrum, illa nigrum in timore liquorem emittit. Hinc Sepia pro atramento quod effundit, ſumitur. Perſio *Satyr*. 3.

Nigra quòd infuſa vaneſcat Sepia lympha.

8. *Torpedo*, effigie poteſtateque admirabilis, ſic dicitur, quoniam capta retibus, priusquam attingatur, piſcatorum manum ſtupefacit. 9. *Delphinus*, qui incredibili velocitate & admirabili impetu reliquum animantium genus longo intervallo poſt ſe relinquit, unde Plinius *lib*. 9. *cap*. 8. ſcribit: Delphinum omnium animalium perniciſſimum eſſe: neque ſolùm inter maritimi generis, verùm etiam volucri quavis ocyorem, quovis telo acriorem. 10. *Echeneis* parvus admodum piſcis aſſuetus petris: hoc carinis adhærente, naves tardiùs ire creduntur: unde nomen inditum. Latinè *remora*. 11. *Rhombus*, piſcis latus eſt, ſic dictus ob figuram rhombi, inter planos obtinet principatum, quem circa popinales delicias ingenioſi phaſianum aquatilem nominant. 12. *Scarus*, prænobilis in Græcia piſcis fuit, quem Ennius ob excellentiam Jovis cerebrum vocabat. 13. *Acipenſer*. Piſces in Germania noti. *Maximi* ſunt. 1. *Salmo*, piſcis Rheni accolis notiſſimus, grandis eſt & recens carnem habet rubeſcentem, velut roſeo colore. Unde Auſonius.

Nec te puniceo rutilantem viſcere Salmo.
Tranſierim, latæ cujus vaga verbera caudæ
Gurgite de medio ſummas referuntur in undas.

Ejus præcipua eſt agilitas in ſaltando, unde ſalmo dictus videri poſſit, quòd ſaltet contra montes: tempore autumnali ac hyemali vocatur Lachs/ quaſi laſſus, neque tum ſaporis æquè lauti atque tempore æſtivo eſt, Jac. Wagnerus *in Hiſtor. Helv. natur. in voce Salmo.* Inter diem S. Michaelis & Feſtum Nativitatis Chriſti, flumina minora ingreditur, ſcaturigines fluminum proſequitur, ſcrobem in ſabulo excavat & in ea fœmella ova piſcorum magnitudine ponit, quæ mas rore genitali irrigat, unde *ſalmuli, ſalares* ſeu *parvi ſalmones,* Sälmling/ producuntur, qui longè delicatiſſimam & ſuaviſſimam carnem præbent, ac in Aprili & Majo potiſſimùm Magnatum menſas exornant. 2. *Annia,* Wels. 3. *Mario,* Hauſen. 4. *Sturio,* Stür, aliàs *Silurus,* à movenda cauda. *Mediocres* ſunt 1. *Anguilla.* 2. *Congrus,* Meerahl 3. *Lucius,* Hecht. Diocles Philoſophus cuidam interroganti, uter piſcis eſſet melior congrus an lucius? alter inquit elixus, alter aſſus. 4. *Aurata,* Forellen. 5. *Cyprinus,* carpio, carpus, ein Karpf/ A. C. 1623. d. 1. Febr. carpio hîc Baſileæ venditus duarum ulnarum longitudine, duodecim verò librarum pondere, uti Franc. Hafnerus & Joh. Groſſius in Annalibus ſuis annotârunt. 6. *Coracinus,* ein Raab. 7. *Perca,* Berſich. Percas etiam Auſonius celebravit.

Nec te delicias menſarum perca ſilebo,
Amnigenas inter piſces dignanda marinis,
Solus puniceis facilis contendere mullis.

8. *Melanurus,* Kulparſen. 9. *Lampreta.* 10. *Muſtela levis,* Neunaugen/ item *muſtela varia.* Dicitur muſtela prolem ore ſuſcipere & rurſus emittere, ut eam à piſcium maleficorum injuria tueatur. 11. *Mullus,* Barben: de mullorum deliciis Cic. *ad Attic. lib.* 1. *Noſtri,* inquit, *principes digito ſe cœlum attingere putant, ſi mulli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant:* 12. *Aloſa,* Jeſen. Auſonius meminit:

Stridentesq; focis obſonia aloſas.

13. *Erythrinus,* rubellio, Rugeten/ Rotfeder. 14. *Alburni,* Weißfiſch.

15. *La-*

Digitized by Google

15. *Lacertus*, Dſrüpen. 16. *Gobius*. Apud Venetos principium cœnæ eſt Martiali.

In Venetis ſint lauta licèt convivia terris,
Principium cœna gobius eſſe ſolet.

17. *Gobius fluviatilis* Auſonio, vulgò fundulus, Grundlen. 18. *Salpa*, Stockfiſch, omnium piſcium jocoſo ænigmate longiſſimus dicitur: caput enim in mari habet, caudam in Germania. 19. *Gladiolus*, Schwertfiſch. 20. *Acus*, Stirlin. 21. *Paſſer* 22. *Solea*, Schollen. 23. *Raia*, Rochen. 24. *Squatina*. 25. *Halec*, Hering: torrefactus vocatur Bückling. 26. *Phagrus*, Aeſchen. 27. *Sapphirus*. 28. *Scorpius*, Schleyen. 29. *Tinca*, quem Auſonius ignobilibus piſcibus annumeravit: cùm inquit,

—— *Virides vulgi ſolatia Tincæ.*

30. *Cancer*, Krebs: cancrorum genera plurima ſunt, Meerkrebs/ Seekrebs/ Bachkrebs. Minimi ſunt, 1. *Phoxinus*, Pfellen. 2. *Turdi*, Smerlin. 3. *Bdella*, Bleigen/ Pfellen. 4. *Merula*, Kreſſen. 5. *Aſelli* majores, Zautten: ſunt & minores, Steigelin. 6. *Percula minima*, ein Henrling/ i. e. hornus. Piſciculi hi à nonnullis per jocum *quaſi modò geniti* appellantur. Græci *Anadromos* vocant eos piſces, qui mari relicto, flumina ſubeunt, ut *Amia*, *Mugil*, *Salmo*, *Sturio*. Plura qui de piſcibus ſcire deſiderat, videat Clariſs. & Celeber. Dn. Joh. Jacobi Hofmanni *Lex. univerſ. contin. in voce piſcis.*

XII.

5. *Forma piſcationis*, 1. conſiſtit in ipſo *captionis actu*, intentione atque exercitio. Unde fit ut piſces ejus ſint, qui eos cepit, per §. 13. *Inſt. de rer. div. l. 5. §. 1. ff. de acqr. rer. dom.* non ejus qui retia tendit. Hieron. Rhat. *in diſp. de jure venandi theſ. 112.* Ratio eſt, quia in hiſce rebus opus corporali apprehenſione, *arg. l. 55. ff. eod. tit.* niſi ſtatuta aut conſuetudines locorum, quæ imprimis obſervandæ ſunt, contradicant. Idem *d. diſp. theſ. 66.* 2. Ad formam piſcationis ſpectare etiam videntur *piſcandi modi*, ubi conſideranda veniunt. Primò *varia inſtrumenta, ſuprà theſ. 8. expoſita:* verbi gratia, quòd fiat *retibus, ſagenis, garguſtiis, hamis & verriculo*, quod eſt duplex *majuſculum* & *minuſculum*. Secundò *ſolia* & *vaſa*, pro luciis & cyprinis ſeparandis: *quali, naſſa, incernicula, cribra, menſura,*

pali

pali ad deſiccanda retia. Tertiò, *tempus piſcandi*, ut *vernum* & *autumnale*. Hinc quædam regulæ conſiderandæ ſe offerunt, quarum 1. Horâ matutinâ piſcari melius eſt. 2. Secundo tractu plures trahuntur, quàm primo, quia ſecundo tractu magis quàm primo aqua perturbatur, majoremque oculis piſcium caliginem objicit. 3. Jactis plagis primi plerumque lucii iique maximi capiuntur, quoniam aviditate prædandi ſummis ſemper feruntur aquis. Contrà Cyprini, qui fundum amant initio minores, poſteriùs grandiores illaqueantur. Quocirca piſcinarii, ad quæſtum callidi, ut luciorum indicaturam ad primum ſtatim jactum præcipitant: ita Cyprinorum de induſtria procraſtinant, expectantes dum peracto ferè piſcatu corpulentiſſimi eorum extrahantur, quos emptori (diſſimulatis vilioribus) obtrudant. Solertia ea eſt cyprinis, ut autem ubi metus ex intentis retibus ingruit caput repentè cœno mergat, ut cauda lubrica & retia & piſcatores fruſtretur. Hîc quæri poſſet: an jactus retis vendi poſſit? & reſp. quòd ſic per *l. ſi jactum* 12. *ff. de action. empt.* ubi JCtus Celſus ait: *Si jactum retis emero & jactare rete piſcator noluit, incertum ejus rei æſtimandum eſt, ſi, quod extraxit piſcium, reddere mihi noluit, id æſtimari debet, quod extraxit*: ubi gloſſa dicit, quòd incertum æſtimandum eſt, quantum eſt veriſimile quod eſſet captum quod inſpicitur, ſecundùm quod conſuetum eſt, etiamſi major ſit æſtimatio, quàm pretium conventum, nam id plerumque evenire poterit. Sebaſt. Medic. *de jur. venand. p.* 1. *quæſt.* 20. Tandem ad formam piſcationis ſpectat, quòd ea exerceatur vel *per vim* qualis, quæ fit e.g. per *fuſcinam* unde Oppianus, (de quo *ſuprà theſ.* 8.) *quæ per fuſciniam fit piſcatio ſtrenuiſſima eſt, & piſcatore opus habet robuſtiſſimo* vel *per dolum* ut quando piſces in *Naſſa capiuntur*, proin, uti ſupra d. l. monui, Ælianus hunc modum piſcandi non approbat, quando ait: *Naſſarum uſus præ cæteris inſidioſus atq; doloſus, ingenuos homines minimè decere videtur.*

XIII.

6. *Finis piſcationis* tum in *voluptate* tum in *utilitate*, tum etiam in *neceſſitate* conſiſtit. *Voluptatem* quod attinet, dicendum videtur ex venatione in ſpecie ſic dicta plus capi voluptatis, quàm

ex pi-

Digitized by Google

ex piſcatione, unde Imperatores, Reges, Principes aliiq; quamplurimi illam ſibi quaſi propriam fecerunt, id quod pluribus exemplis Alexandri Magni, Mithridatis Regis Ponti, qui cum Romanis ſex & quadraginta annis variâ fortunâ, bellum geſſit, Pompeji magni (is enim cùm Numidiam victor peragraret, venationibus Leonum & Elephantum, aliquot diebus operam dedit) Trajani, Hadriani, Antonini Pii, Marci Antonini, Alexandri Severi aliorumque probat Georg. Mohr *in tract. de venat. part. 2. cap. ult. num. 7. & ſeqq.* Verùm prout unumquemq; ſua voluptas trahit, ita quoque fuerunt haud pauci, qui piſcatione imprimis delectarentur. Sergius Licinius Muræna piſcium vivaria primus inſtituit: Lucullus ad piſcium receptacula montem excidit: C. Hirtius muraenarum piſcium vivaria primus inſtituit, & cœnis triumphalibus Dictatoris Cæſaris ſex millia muræna rum mutua appendit, Plin. *lib. 9. cap. 55.* Vedius Pollio immaniſſimus, piſcinas tanto colebat ſtudio, ut ſervos occidere, atq; piſcibus vorandos prębere, quò hominum cruore paſti delicatiores fierent, non dubitaverit: de quibus & pluribus aliis Mohr. *d. loc. n. 40.* Haud minor eſt *Piſcationis utilitas* atque proventus, ut patet ex iis, quæ *ſuprà in præfatione*, de utilitate piſcationis dicta ſunt. Hinc Feudiſtæ piſcationum reditus regalibus annumeraverunt, 2. *Feud.* 56. & Marcus Cato Uticenſis, cùm heres Luculli eſſet, piſces de piſcina ejus quadraginta millibus vendidit. Addo etiam *neceſſitatem*, videmus enim illos piſcibus carere non poſſe, quibus eſus carnium vel in totum interdictus, ut Monachis Carthuſianis: vel ad certum tempus, ut diebus Veneris & Saturni, ut & tempore jejunii, reſtrictus & ademptus eſt.

XIV.

7. Properandum mihi eſt ad *Piſcationis effectum*, cujus *primus*: quòd ſicut venando ferarum, ita piſcando dominium piſcium acquirimus, *§. 12. Inſt. de rer. diviſ. l. 1. §. 1. ff. de acq. rer. dom.* qui eouſque dominii noſtri ſunt, quamdiu à nobis cuſtodiuntur & poſſidentur *d. §. 12.* poſſidentur autem à nobis, dum in noſtra piſcina continentur, *l. 3. §. item feras 14. ff. de acq. vel amitt. poſ.*

Digitized by Google

Hinc fit, ut ſi quis piſces ex piſcina noſtra ſurripiat furti teneatur *Conſt. Crim. art.* 169. Sin autem in naturalem libertatem piſces ſe receperint & cuſtodiam noſtram evaſerint, tunc amittimus eorum dominium, quod contingit, cùm e.g. ita aqua piſcinæ noſtræ creverit, ut inde piſces ad fundum ſive ſtagnum vicini noſtri pervenerint, quo caſu non poſſumus eos perſequi & vicino auferre, tum quia in naturali ſua laxitate jam conſtituti, Chaſſan. *in conſuetud. rubr.* 4. *quæſt.* 24. *§.* 2. *verbo de droit. & appar.* tum quia impoſſibile eſt in ſtagno vicini eos cognoſci, ſecus eſt in loco ſicco ubi benè cognoſci poſſunt, Sebaſt. Medic. *in par.* 2. *quæſt.* 27. *de venat. piſc. & auc.* E contrario, ſi fundus alienus inundatus eſſet à flumine, & aqua piſces in meum fundum apportaſſet, ego eos piſcando acquirere poſſum, *l. uſufructuarium* 62. *§. ſi vivariis, ff. de uſufructu,* Medic. *d. p.* 2. *quæſt.* 23. Secundus effectus conſpicitur in *remediis* pro piſcatione ſeu pro jure piſcandi proditis, quæ cùm coincidant cum remediis venandi, proin diſtingui poſſunt in *poſſeſſoria* & *petitoria*, Ruland. *de commiſſ par.* 3. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 1. Ad *poſſeſſoria* 1. ſpectat *interdictum utile uti poſſidetis, arg. l.* 20. *ff. de ſervit. l.* 8. *§.* 5. *in fin. ff. ſi ſervit. vind. l. unic. §. pen. ff. ut in flum. publ. nav. liceat.* Joh. Brunneman. *in repet. parat. M. Weſenbec. quæſt.* 2. *ad tit. ff. uti poſſid.* quo judicio quatuor peti cenſent Dd. reum condemnari debere, 1. ut *ceſſet à turbatione*, 2. ne *in futurum turbet*, 3. ut *caveat* de *non turbando in futurum*, 4. ut *illata damna & perceptos fructus reſtituat.* 2. *Interdictum ne quid in loco publico*, ut ſi quis prohibeatur piſcari in torrente exiſtente in uſu publico, in quo licitum eſt. *Dd. ad l.* 2. *§. hoc interdict.* 37. *ff. ne quid in loco publico.* Sebaſt. Med. *de venat. part.* 1. *in præf. n.* 11. Georg. Mohr *de jur. venand. par.* 1. *c.* 6. *n.* 8. 8. *Utile interdictum de vi & vi armata:* interdictum enim de vi & vi armata utiliter etiam ad jura incorporalia refertur, quæ pro immobilibus habentur, Weſenb. *in parat. n.* 9. *ff. de vi & vi armata.* 4. *Remedium, ex conſtit. O. C. quæ exſtat part.* 2. *tit.* 22. *Ad petitoria* ſpectant actiones tum *reales*, ut eſt *actio utilis confeſſoria*, quâ quis jus piſcandi ſibi competere aſſerit in alieno loco, & *negatoria*, quâ quis alium jus piſcandi in ſua aqua habere negat, ſimulque aquæ ſuæ libertatem

aſſerit,

Digitized by Google

aſſerit, *arg. l.* 1. *in princ.* & *§.* 1 *l.* 10 *ff. ſi ſervit vind.* Joh. Faber *in §. æquè* 2. *Inſt. de action.* tum etiam *actiones perſonales* deſcendentes vel ex *contractu* ſive *vero*, ſive *quaſi*, illoq; iterum vel *nominato*, vel *innominato*. Ex *contractu vero & nominato* competit actio ex illo contractu, cujus vi alicui jus hoc piſcandi & venandi conceſſum eſt, putà ex emptione & venditione competit actio empti &c. *ſupra theſ.* 9. Ruland. *de commiſſ. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 3. Privilegium enim in vim contractus impetratum in contractum tranſit, ac de eo idem ſtatui debet, quod de contractu. Afflict. in *rubr. quæ ſint regalia n.* 73. Schrader. *de feud. part.* 10. *ſect.* 1. Ex *contractu innominato* datur *actio in factum præſcriptis verbis*: Si v. g. jus piſcandi & venandi ex permutatione alicui debeatur, arg. *l.* 1. *§.* 1. *ff. de rer. permutat.* aut *condictio ex lege*, putà ſi alicui jus illud per privilegium ſimpliciter fuerit indultum, Ruland. *d. l. c.* 6. *n.* 3. quia privilegium vim legis habet, arg. *§. ſed & quod Principi* 6. *Inſt. de I. N. G. & C.* *Ex quaſi contractu* verò rectè quis experitur judicio aliquo diviſorio, communi dividundo, nimirum ad dividendam ſimultaneam piſcationem, arg. *§. item ſi inter.* 3. *Inſt. de obligat. quæ ex quaſi contract. naſc.* Ex delicto verò eoq; vel *publico* vel *privato*. Illuc ſpectare videtur. 1. quando ratione pignorationis in piſcatione vel venatione factæ ſuper conſtitutione fractæ pacis proceſſus & mandata ſine clauſula decernuntur, ut ſæpius fit. Ruland. *de commiſſ. lib.* 7. *pag.* 4. *c.* 2. *n.* 1. quia pignorationibus ejusmodi plerunq; turbatur pax publica. Gail. *de pign. obſ.* 1. *n.* 1. Si modò uterque litigantium jurisdictioni Cameræ immediatè ſubjectus ſit. Harprecht. *in com. ad §.* 12. *n.* 253. *& ſeq. Inſt. de rer. div.* 2. *Actio criminalis ex Conſt. Carol. V. artic.* 169. quæ diſtinguit, utrum ex piſcina, an verò ex lacu, vel ſtagno aut flumine alterius privato, piſces fuerint ſurrepti: priori caſu furtum eſt ſimplex & puniendum ſecundùm normam, *articul.* 158. 159. 160. 162. *cum multis ſeqq.* Dn. Tabor *in Analyt. expoſit. art.* 169. *Conſt. criminal. th.* 7. Poſteriori caſu pœna erit arbitraria, ſive pecuniaria ſive corporis afflictiva, pro conditione piſcationis, perſonarum & rerum, ex conſilio JCtorum *d. art.* 169. *Carpzov. prax. crim. part.* 2. *quæſt.* 84. *n.* 83. Verùm an hoc poſteriori caſu pœna

Digitized by Google

arbitraria ad mortem extendi poſſit, à Doctoribus acriter controvertitur. Et quidem quoad quæſtionem iſtam generaliter acceptam: An nimirum pœna arbitraria (id eſt talis quæ in jure & inprimis in Conſtitutione Carolina expreſſa non eſt, ſed vel judicis arbitrio pro ratione circumſtantiarum definienda relinquitur, aut de qua judicium JCtorum adhibere Judex jubetur, Carpzov. *prax. Criminal. part. 2. quaſt. 39. num. 33. & quaſt. 43. num. 28. & quaſt. 46. num. 44.*) ad mortem usque extendi poſſit? Multi ſunt qui affirmant, tum quia arbitrium datum à lege in maleficiis, etiam ad mortem extenditur, ſi factum ſit nimis atrox & grave. Menoch. *lib. 1. arbitr. judic. quaſt. 86. ſub rubr. quam pœnam indicere valeat Judex, num. 26. & ſeq.* Farinac. *in praxi Crimin. lib. 1. tit. 3. quaſt. 17. num. 34. 35. & ſeq.* ne homines ad maleficia temerè proſiliant, ſed peccare oderint, ſi non virtutis amore, ſaltem formidine pœnæ, *l. ſi quis ex argentariis 27. §. pacta quæ ff. de pactis. l. ſi quis fortè 6. §. penult. l. ſi pœna 20. ff. de pœnis.* Tum quòd videatur expreſsè deciſum in Conſtit. Criminal. artic. 169.

Tum etiam, quòd præjudiciis hæc ſententia ſæpiſſimè firmata ſit, *Berlich. part. 4. concluſ. 36. num. 22.* Plurimi qui negant, tum quòd in pœnalibus, ſemper benignior & humanior facienda ſit interpretatio. *Cap. in pœnis X. de reg. jur. in 6. l. factum 155. §. ult. ff. de lib. & poſthum. l. ſi fuerit legatum 10. §. 1. ff. de rebus dubiis.* Tum quòd arbitrium conſiſtat non in electione pœnæ capitalis, aut non capitalis, ſed inter plures non capitales una ſit levior ſive aſperior, niſi mortis pœna expreſſa fuerit, ut in *d. artic. 112.* quò inclinat Julius Clarus in *praxi crimin. §. ult. quaſt. 83. n. 11.* poſt Nicol. *Boer. à ſe allegat.* Carpzov. *in praxi crim. part. 3. quaſt. 133. n. 25.* Quam rationem utpote benigniorem in deciſione hujus noſtræ quæſtionis Doctores communiter ſequuntur, & pœnam eorum, qui in alieno venantur, & ita etiam qui in alienis fluminibus, lacubus aut ſtagnis privatis piſcantur, cùm jus piſcandi in his non habeant, ad mortem extendi non poſſe, ſtatuit Mohr de Nigromont. tract. *de venat. part. 1. cap. 4. n. 4.* cùm multis aliis quos ibi laudat. An autem eadem pœna in furibus cancrorum obtineat, non immeritò dubitatur? Sunt qui negativam tuentur,

tum

Digitized by Google

tum quòd illis non rectè aptari poſſit diſtinctio, utrum in piſcina vel ſtagno, aqua clauſâ vel aperta collocati ſint, tum quòd furti diſtinctiones inter magnum & parvum ægrè applicentur, cùm vix ulla dari poſſit piſcina ex qua cancros quinque aureorum pretium excedentes capere liceat, tum quòd pœna capitalis hoc caſu vix unquam veniat imponenda, Dn. Tabor *in analyt. expoſ. art. 169. Conſt. criminal. theſ.* 10. Ego verò affirmativæ ſententiæ traditæ à Carpzovio *in praxi crim. part. 2. quæſt. 84. num. 93.* ſubſcribere malo; tum quòd cancri nomine piſcium veniant, tum quòd non minùs per cancrorum quàm piſcium capturam jus piſcandi turbetur, tum etiam, quòd par utriusque ratio, ut meritò eadem juris ſervetur diſpoſitio, Carpzov. *ibid.* Ad *delictum* verò *privatum* ſpectat actio injuriarum, putà ſi quis impediatur piſcari *l. 13. §. ult. ff. de injur.* & ſi forſan alia ſimilis occurrat, ut e. g. actio *l. Aquiliæ*, ſi damnum quis dederit. Hinc quæritur, utrum piſcationis lucrum ceſſans peti poſſit? Reſp. Quòd non: quoniam incertum eſt, an capi aliquid poſſet, & multa accidere poſſent, ut non caperent, probarique certè non poteſt. Strat. *tract. de mercat. de contract. mercat. n. 5. per l. quemadmodum 29. §. 3. & planè ff. ad L. Aquil.* ibi: *planè ſi culpâ nautarum id factum eſſet, lege Aquiliâ agendum, ſed ubi damni injuriâ agitur ob retia: non piſcium qui ideò capti non ſunt fieri æſtimationem, cùm incertum fuerit an caperentur:* quod dictum procedit, ut habeat locum in littoribus & fluminibus, ubi piſcatio certa non eſt, ſed admodum rara & incerta, quod plerumque contingere ſolet, ſiquidem piſcatores hac ratione ſæpius eluduntur, quàm capiunt. At ubi piſcatio uberrima & opima eſt ac certiſſima, quæ fallere non ſolet, tunc amiſſio captûs piſcium propinquum eſt intereſſe & probabile, unde æſtimari poteſt, *l. aut lex. 21. §. ult. & ut ejus quod intereſt fiat æſtimatio ff. d. t.* Unde impeditus piſcari ab eo qui jure impedire non poterat, agere valet, non ſolùm ad retia ejus rupta & eorum æſtimationem, ſed conſequenter etiam ad æſtimationem piſcaturæ, quæ juxta tempus & loca certa imminebat, quin & Prætor hanc æſtimare poteſt: ſed & altera in his piſcationibus conſtitui poteſt æſtimatio, ſi piſcator certum quotidie lucrum habeat ex pacto,

Digitized by Google

quod cum altero pepigerit, ut ei det v. g. centum pro cujuslibet diei piſcatura. Etenim ex hac pactione piſcator habere debet pro cujuslibet diei piſcatura centum & ea certiſſima, ſive piſcatio uberrima ſit, ſive ſterilis *l. jactum ff. de actione empti Div. 2. p. relect. reg. peccatum §. 8. n. 12. de reg. jur. in 6.* Quia autem in his remediis actori incumbit probatio, arg. *§. 4. Inſt. de legat.* Hinc tertiò ad effectum piſcationis ſpectat, quomodo jus piſcandi probetur? Probatur autem, ſicut & jus venandi, tum per *actus poſſeſſorios*, ſi quis adverſario ſciente & patiente longiſſimo tempore in flumine & aquis alienis piſcatus ſit, arg. *l. ſi quisquam 7 ff. de diverſ.* Geil. 2. *obſervat. 66. n. 3.* Imò ſi quis temporis curriculo, cujus initium hominum memoriam excedat, jus ingrediendi alterius, fundum, flumen, venandi vel piſcandi causâ acquiſiverit, monente Harprechto *ad §. feræ 12. n. 295. Inſt. de R. D.* fruſtra de ſcientia & patientia adverſarii quæritur: Cùm ſpatium tanti temporis loco tituli legitimè conſtituti viceque privilegii atque legis habeatur, *l. hoc jure 3. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſti.* Maſcardus *de probat. concluſ. 1214. n. 42. & ſeqq. vol. 3.* tum per inveſtituram, tum per teſtes, qui atteſtantur vel de immemoriali tempore, vel de actibus piſcandi. Jus piſcandi, ut & venandi, præterea probari poteſt perceptione fructuum ex piſcatione & venatione deſcendentium, locatione fluminis, mulctarum circa flumen exactione & captione pignorum.

XV.

8. *Affinia Piſcationis*, ad quæ ſpectant: Primò *venatio in ſpecie ſic dicta*, quæ ut diſcernatur, *à venatione oppreſſiva* hominum, Michæ. *c. 7. v. 2.* Jerem. *cap. 16. v. 16. Pſ. 91. v. 3.* 2. *ab arenaria*, ut quando quis locata ad hoc opera cum beſtiis depugnaturus, in arenam prodiit *l. 1. §. removet 6. verſ. & qui operas ff. de poſtulando. Novell. 105. c. 1. 3.* 3. *ab adulatoria*, quâ quis verbis blandis & mellitis alium veluti ineſcatum defraudat. Quo ſenſu: laudem venari & aucupari dixit Cicero *ad Heren. & pro Cluentio.* Vocatur *ſaltuoſa*, quæ fit in ſaltibus cum canibus & clamore, uti vulgò loquuntur. Secundò *Aucupium*, plerumque enim pari juri gaudent, nam genus includit omnes ſpecies ſub genere comprehenſas, *l. omnes 4.*

ubi

Digitized by Google

ubi Angel. C. de praeſcr. 30. *l. ſemper* 147. *ff. de Reg. Jur.* Tabor *in Theſaur. loc. com. lib.* 7. *cap. de genere ax.* 5. & diſpoſitum in uno videtur etiam diſpoſitum in altero: Mohr de Nigromont. *in tract. de jure venandi parte* 1. *cap.* 1. *num.* 16. niſi ſpecialiter vel jus vel natura rei aliquid excipiat, unde etiam plerumq; in juris teſtibus conjunguntur, *§. fera Inſt. de R. D. l. poſſideri* 3. *§.* 14. *&* 15. *ff. de acq. vel amitt. poſſ.* Huc referri poſſunt *ſervitutes perſonales l.* 9. *§.* 5. *l.* 62. *ff. de uſufr.* Harprecht. *in §. fera* 12. *num.* 181. item *ſervitutes reales*, Gail. 2. *obſ.* 66. Petrus Frid. Mind. *de continent. cauſa lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 10. *Regalia*, 2. *Feud.* 56. Petr. Frid. *de mand. lib.* 2. *cap.* 36. *n.* 7. *Feuda.* Heugius 1. *part. quaeſt.* 15. *num.* 53. *& ſeqq.* & pleraque jura quæ vel teſtamentis vel contractibus, aut pactis contractibus adjectis conſtituuntur, *arg. l.* 13. *pr. ff. commun. praed.* Similiter iſti jurisgentium acquirendi modi, quibus res, quæ nullius ſunt, occupando acquiruntur, ut occupatio lapillorum, gemmarum & cæterorum, quæ in littore maris & alibi inveniuntur. *§.* 18. *&* 47. *Inſt. de rer. div.*

XVI.

Tandem etiam dicendum eſt *de contrariis Piſcationi*, ad quæ refero primò ſi quis, relictâ vocatione ordinariâ piſcationi nimium incumbat, Mohr *de venat. p.* 2. *cap.* 12. *num.* 39. Bene Horatius *lib.* 4. *ſerm. Sat.* 1.

Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,
Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum.

Item cùm quis in ſtagno vel lacu alieno piſcatione non ex bona fide utitur, à tali enim piſcatione abſtinendum eſt, quâ vel omnes vel magna pars piſcium tollitur, e. g. ſi quis conduxit valles, aut paludes, ut ibi piſcari poſſit, & in eis reperiatur certa pars terræ elevata ab alveo, ſub quam piſces omnes in hyeme ſe reducunt, non licèt conductori hanc partem terræ aperire & omnes piſces accipere, ratio eſt quia iſto modo jus piſcandi deſtrueretur, *arg. l. ſi merces* 25. *§. conductor.* 3. *ff. locati.* Conductor autem inprimis tenetur conditionem ſervare, quod ſi quid in ea prætermiſſum eſt, id ex bono & æquo competit, ut habeat fructus piſcandi, non autem omnes piſces, quia hoc modo piſcatio conſumeretur, *arg.*

l. 1.

Digitized by Google

l. 1. *& ſeq. ff. de uſufructu*, Veron. *tract. de ſervit. ruſt. præd. c.* 13. *n.* 13. Bertrach. *tract. de gabell. q.* 4. *num.* 16. Item ſi quis piſcetur in loco eo, ubi jus piſcandi non habet, ut eſt locus alienus, ſi fiat contra prohibitionem domini *l.* 13. *§.* 7. *ff. de iniur.* aut etiam publico, ſi alius piſcandi jus in eo legitimo titulo, vel ad minimum præſcriptione acquiſiverit & in quaſi poſſeſſione adhuc conſtitutus ſit, *l.* 7. *ff. de diverſ. & tempor. præſcrip.* Imò ſi ponamus in certâ regione etiamnum hodie cuilibet liberum eſſe in flumine publico piſcari, ſi tamen Titius cum Seio paciſcatur, ne in iſto flumine piſcetur, pactum ejusmodi valere, atq; Titium Seium à piſcatione repellere poſſe exiſtimo. Secundò huc referri poſſunt modi, quibus *jus piſcandi amittitur*, qui quamvis varii ſint, tamen præcipuè amittitur jus piſcandi voluntate ejus, qui jus piſcandi habet, nempe *renunciatione, arg. l. ſi quis in conſcribendo* 29. *C. de pactis. Ceſſione* vel præter voluntatem, & hoc rurſus, tum ejus *culpa, committendo* nimirum aliquid, tum *omittendo:* ſi jure piſcandi abutatur, ſicut jam dictum, vel ſi jus piſcandi per inveſtituram habeat & ob commiſſam feloniam, aliudvè crimen feudo privetur. *Omittendo* extinguitur jus piſcandi, ſi quis per decennium jure ſuo non uſus fuerit. Tum *citra ejus culpam*, putà ſi quis jus piſcandi à Principe ſimpliciter absque alicujus contractus mentione habuerit & privilegium ab eo fuerit revocatum, aut ſi terminus conceſſione præfixus expiraverit, arg. *l. quoties C. de precibus Imp. off. cap. cum cunctis* 77. *de elect. Doct. in c. cùm acceſſiſſent.* 8. *X. de conſt*, aut flumen, in quo jus piſcandi conſiſtit, alveum mutaverit, *arg. l. cùm principalis* 178. *ff. de R. J. C. cùm acceſſorium de R. J. in* 6. Et hæc de Piſcatione dixiſſe ſufficiat.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HARVARD·COLLEGE·LIBRARY
GIFT·OF
DANIEL·B·FEARING
CLASS·OF·1882 ⁝ A·M·1911
OF·NEWPORT
·1915·
THIS·BOOK·IS·NOT·TO·BE·SOLD·OR·EXCHANGED

Digitized by Google

Digitized by Google